

H. vir. 2. num.

125
1753
126

DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
INDOLE, AVCTORITATE, NVMEROQVE
C O N C I L I O R V M
O E C V M E N I C O R V M,

P. 2.
PRAE SIDE
VIRO SVMME VENERABILI, EXCELLENTISSIMO
AC DOCTISSIMO,
SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN,
S.S. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE PROF. PUBL. ORDIN.
SEMINARII THEOL. DIRECTORE, MENSAR. REG. EPHORO
ET ACAD. SCIENT. REG. BEROLIN. SOCIO,
PATRONO SVO AC PRAECEPTORE
PIETATE MAXIMA AETATEM DEVENERANDO,
ERVDITORVM SVBMITTIT EXAMINI
AVCTOR DEFENDENS
CHRISTIANVS GOTTLIEB LIEBERKVNH,
POTSDAMIENSIS, S. S. THEOL. CVLT.

DIE XXIII NOVEMBR. A. R. S. C¹⁰ CCCLIII.

HALAE MAGDEBURGICAE,
PRELO IO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.



DIESER STADT HESSE

INDISC VÄSTORSTATTE NAMENSCHE

C O N C I L I O R U M
C E C A M E N N C O R U M

P R A P E R A T U R
A D 1511

SIGISMI JACOLO HAT MIGARTEN

WILHELMUS DEUTSCHER HANDEL

PATEROM SABO AC PRAEGER FROB

WILHELMUS MAXIMIANUS THERIUS

WILHELMUS MAXIMIANUS THERIUS

WILHELMUS MAXIMIANUS THERIUS

CHRISTIANVS GOTTLIEB HELLER

WILHELMUS MAXIMIANUS THERIUS



SECTIO PRIOR, EAQUE THETICA.

Σύνοψις.

I. Indoles conciliorum oecumenicorum.

- a) Significatio concilii. §. I.
- b) Divisio. §. II.
- c) Oecumenici definitio. §. III.
- d) Auctor summus. §. IIII.
- e) Ius convocandi magistrorum politico comperit. §. V—VIII.
- f) Praefes ecclesiasticus. §. VIII.
- g) Subiectum. §. X. sunt etiam Latini. §. XI.
- h) Obiectum. aa) personale. §. XII.
bb) reale. §. XIII. XIII.
- i) Forma. §. XV. speciarum norma est sacra scriptura. §. XVI. XVII.
- l) Finis aa) positiue §. XVIII. bb) negatiue §. XVIII. et inde pendens necessitas. §. XX.

m) Criteria. §. XXI.

II. Auctoritas tribuenda Conciliis oecumenicis.

- a) Vtrum? §. XXII.
- b) Quacanam?
 - a) negative, non infallibilis. §. XXIII—XXVI.
 - b) positiue, respectiva vel
 - N) interna. §. XXVII. vel
 - D) externa. §. XXVIII.

III. Numerus.

- a) opinio prima. §. XXVIII.
- b) altera. §. XXX. Recensio conciliorum vere oecumenicorum. §. XXXI—XXXVI.
- c) tertia. §. XXXVII.

§. I.

V
trum a conciendo, an a concalandendo, an potius a con-
nuendis ciliis sic dicta fuerint concilia, grammatici
videant. Quemcumque conuentum olim Roma-
ni appellarent concilium, immo ipsas nundinas.
Hinc factum, ut et postea sic denominati sint con-
uentus ad consilia varii generis ineunda instituti,
quare etiam hodie adhuc ita vocantur academiarum Professores
gregati. Plerumque tamen a recentioribus scriptoribus eo usurpatur
senfu concilium, quo nos nunc illud cupimus accipi, scilicet ut designet
conuentum ecclesiasticum, in quo de rebus ad verum Dei cultum spectan-
tibus, constituitur, quem Graeci σύνεδρον sive σύναξη vocare solebant.

A.

§. II.

§. II.

Dividuntur concilia in *uniuersalia* (*oecumenica*, *generalia*) et *particularia*. Haec quidem rursus dispescuntur in *dioecesana*, *provincialia* et *nationalia*. Illa sunt, vbi conuocantur ab episcopo clerici, qui ab eius pendent moderamine. Ista dantur, si ex integra provincia archiepiscopus arcessit episcopos, iisque praefideret. Hac vero, si ex integro quodam regno episcopi atque archiepiscopi sub moderamine Patriarchae, aut alius superioris episcopi convenienter et res sacras ordinant. Vtrum haec probandae descriptiones sint, ex §. V. sqq. erit collendum.

§. III.

Coneilia oecumenica, de quibus nobis nunc tantum erit sermo, ea intelligimus; quorum *decreta primaria ad salutem totius ecclesiae christianaee spectant*, eamque obligant.

Ne res controversas in definitione iam supponere sit necessarium, contenti sumus nominali, usque dum ex demonstratis veras possimus notas deriuare.

Concilium *uniuersale* plane eo sensu non dicitur, ac si omnes episcopi conuenissent; alias enim nullum daretur, quia id nunquam accidit. Igitur eam ob causam potius sic vocanda sunt, ob quam luceconsulti distinguunt inter ius *uniuersale* et *particulare*; illud ita denominantes, quia ad omnes spectat homines. Quod autem ad illud *oecumenicum* attinet, a grece οἰκουμένης descendit, quod integrum tellurem significat, quoad habitari potest. Polica etiam Romani quasi *nat' ἐξοχὴν* appellant ita imperium suum, quo sensu etiam haec vox Luc. II, 1, vñspatur. Dicebatur ideo Imperator Romanus Dominus τῆς οἰκουμένης, cuius erat cogere concilia oecumenica, de quo sic dicta sunt. Hanc deriuationem affirmit Cedrenus ea sic vocata dicens, quodnam ab Imperatoribus τῆς οἰκουμένης θαυμάσθοι indicata fuerint. Eadem significatione episcopus Romanus Bonifacius titulum Oecumenici a Phoca imperatore rogando impetravit. Interea tamen concilii oecumenici denominatio saepius alio sensu ponitur. Intelligent interdum veteres eo concilium, epi plurimi τῆς οἰκουμένης episcopi interuerunt; (quo respectu proprio opponunt particulari): aut quod ab imperatore conuocatum est, quae notae litterarum ad concilium proprie oecumenicum pertineant, §. XXI, seunctorum tamē non sufficiunt. Etiam ea ita vocant concilia, quibus quinque Patriarchae adfluunt. Nos vero semper sensu strictissimo synodus *uniuersalem* accipi cōsumus, eo scilicet, quem modo exposuit. Hinc Anatalius Bibliothecarius in præf. ad Synod. VIII. ideo, inquit, cum dici oecumenicam, quia *catholica fides in ea et sanctae leges, quae non solum a sacerdotibus, sed et*

et ab universo Christianis coli debent. Et nouell. CXXXI. c. 1. dicitur: Sancimus igitur vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quae a sanctis quarum concilii expressitae sunt. Conf. etiam Iuris canon. Decretal. XVII. c. 2. seqq. Definitionem quoque datam accipiunt ut genuim omnes christiani, licet non generatim criteris inde derivatis (§. XXI.) adstipulerint.

§. III.

Auctorem ac summum synodorum generalium Praesidem Deum ipsum merito agnoscimus. Licet enim in sacris pandectis nulla peculiaris ac diserta exstet huius rei constitutio, tamen ex impulsu spiritus sancti primum concilium apostolicum Act. XV. congregatum est. Dedit etiam mandatum iis, quibus ecclesiae salus curae cordique deberesse, ut eam, quo modo cunque fieri posset, promouere studerent. Ipse etiam pollicitus est, se in eorum fore medio, qui in honorem ipsius conuenturi sint. Matth. XVIII, 20. Quapropter etiam, qui pio animo concilia frequentant, praesentiam diuinam subSIDiumque sibi polliceri possunt.

§. V.

Indicendi atque congregandi iuris, cui simul coniuncta est confirmatio decretorum, magistrati politico, eique inter Christianos summo competit, qui est imperator Romanus, pristinis temporibus, quibus coacta sunt oecumenica concilia, omnes fere Christianos in sua habens potestare. Consistit autem hoc ius, ut facile potest perfici, in eo, ut episcopis omnibus publice declararet tempus et locus concilia concelebrandi, iisque conuenire iubetur; ut ipse conuocator externa omnia dirigat, et postea, si digna fuerint, decreta rati habeat, quo externa auctoritas concilii oecumenicis tribuirur.

§. VI.

Hanc nostrariam opinionem sequentibus stabilimus argumentis. Primo cuicunque homini officium parendi magistratus politici verbis inculcat qua ius naturale, qua sacrae scripturae. Nemini autem congregare licet quosdam, nisi iustum ipsi competat simul dominium, quod solius magistratus est politici, in hunc finem semel constitutum. Idem sat luculenter paginac testantur sacrae. Paulus Rom. XIII, 4. quemque hominem subesse iubet magistratu, nec ullum excipit, vii etiam Col. IIII, 3. et 1 Tim. II, 2. Quorundam etiam spectant Apoc. III, 7, 8. et Pf. CXVIII, 19. Idem exemplo suo confirmarunt Apostoli

4 *Dissertatio de inde, auctoritate*

omnes, et maxime sanctissimus noster redemptor. *Paulus Ad. XXV,*
10. prouocauit ad imperatorem, vt ab eo iudicaretur, nec se villo mo-
do saeculari potestate vimquam voluit subducere. *Vetus itidem di-*
seritis verbis Petrus clericos operam dare, vt sibi subiiciant populum
1 *Petr. V. 3.* Ex his omnibus satisdum apparet, clericos etiam subie-
ctos esse debere magistratui politico. Proprius autem ex ipsis V. Test.
exemplis nostram opinionem probare quimus, vbi ius cogendi sacer-
dothes, legitime sibi semper sumserunt Dices, Iudices aut Reges, mini-
me autem summus Dei sacerdos. Sic Exodi XXXII, 20. omnes filios
Leui congregauit *Moses* idolatrias ab Israelitis commissae gracia.
Idem successor eius fecit *Iosua* cap. vlt. *Dauid* etiam Leuitas congre-
gauit 1 Paral. XVI. (XV.) 4, vt arcum foederis deportarent. Idem de
Iehiskia legitur, qui secundum 2 Paral. XXXI, 4. coegit Leuitas, quium
Dei cultum per maiores contaminatum atque corruptum reformatum
ipsi animus esset. Saeculari itaque iudicio parere clericos oporteret,
iidemque ab eo, non a ficto proprio magistratu conuocandi sunt.

5. VII.

Deinde etiam obligatur ipse magistratus politicus iure diuino ad
conuocandum, si res postulat, generale concilium; nulli alii tunc au-
tem competit, nisi remotius et instrumenti loco, quod libenter largi-
mum. Prius autem probamus ex officio, quo tenetur ad augendum
Christi regnum magistratus, et ad ea remouenda, quae saluti eiusdem
ponunt remoras. Hoc tam generatim obstringit eum, ob praecerta
in paginis sacris hac de re lata, quibus quisque, quantum in ipso est,
Regno Christi tenetur prodesse, quam in specie differis sacrae scripturae
locis, quorum quaedam citasse sufficiat. *Ezaiæ XXXIX, 23.* *Nu-*
tritii ecclesiæ sunt principes; ideoque omnino eorum est sacra pro-
mouere, et quavis data occasione obstatulis praeuenire. *Psalmo pari-*
ter secundo, v. 9. expresse praecepitur Regibus, vt *in timore Domino*
seruant, filium (i. e. Christum eiusque regnum) *osculentur*, ex quo du-
bio procul colligi potest, eorum esse regnum gratiae adaugere. Quare
etiam ne excipiendi quidem sunt ab hoc officio, si christiana religionis
sint aduersarii. Idemtamen quoque *Psalmo XXIII,* versibus ultimis ita
canit David: *Exaltate portas et dilatate ianuas in mundo, ut Rex intret*
gloriae, vbi ab exegeris per *portas et ianuas* magistratus politicus in-
telligitur. Hic enim sub portis solebat conuenire, atque simul reipu-
blicae porta, ob tutelam debitam vocari potest. *Eodem etiam leni-*

LXX.

LXX. interpretati sunt locum. Vide Ps. XC VIII, 9. vbi similis occurrit metaphora. Rex gloriae autem ad Christum spectat, qui magistrus ope gloriosum introitum in animos habere cupit humanos.

Pariter hoc V. T. exempla referenda sunt, de quibus constat, quod ipse magistratus officio sibi duxerit, rebus etiam ecclesiasticis praesesse. Quorundam exempla superiori paragrapto allegata referenda sunt, ut et alia multa v.g. Davidis a Reg. XI, 7. de ordine ecclesiastico canonem constituentis, *Salomonis*, qui in templo aedificando plurima ad sacra pertinentia ipse ordinavit, cert.

§. VIII.

Tertio ex unanimi consensu et praxi totius ecclesiae antiquae nostram probamus sententiam. Conuocauerunt enim imperatores omnia oecumenica concilia, ut historia ecclesiastica extra omnem ponit dubitationem. NICAEA VNM A CONSTANTINO MAGNO, CONSTANTINOPOLITANVM I. A THEODOSIO M. EPHESINVM A THEODOSIO II. consentiente VALENTINIANO, ceteri conuocatum est, et nemo sanus fuit tunc temporis, qui hoc ius iis non merito conuenire somniasset. Ipse LEO Pontifex ad Constantinum Pogonatum Epistolam dedit his verbis: *Vniuersalis sexta synodus, quam nutu Dei vestra clementia sedulo conuocauit.* Hieronymus aduersus Ruffinum ideo synodum quandam damnat, quia eam non conuocauerit Caesar. Ipsum Carolum V, quem ad indicando concilio Tridentino ageretur, multi episcopi romani, ne dicam de profeßantibus, pro iusto conuocatore declararunt. Plurima eiusmodi testimonia, quorundam etiam sententia Gallicanae ecclesiae pertinet, breuitatis causa omittimus, quae allegat *Iosua Arnd in Lexico Antiquitat. ecclesiast. p. 267. sqq.*

Verum est, nec praxis ecclesia veritatem comprobare, nec nos apte esse acturos, si hoc argumentum propositio venditari cuperemus. Vitiosum enim insuper committeremus circulum, quia oecumenica auctoritas ex parte deinde etiam ex conuocatione imperatoris deriuanda erit. Attamen κατ' ἀρχηποιού eo optime hoc loco ut licet, quoniam adversarii omnia ita concilia pro vere oecumenicis habeant, quae nostri ita appellant, atque auctoritatem ecclesiae simul faciant maximam.

§. VIII.

Multum sane a conuocatore differt praeses, cuius est proponere veritates controvexas, adhortari ad virtutes necessarias exercendas, et vota demum colligere. Hic clericus esse debet, aut a membris com-

ciliī eligēndūs, aut quod satius est ac tutius, ab Imperatore constituen-
dus. Propter meliorem ordinem hic adest, licet maxima non vrget
necessitas, semper Praesidem constitui ecclesiasticum. Nihil enim,
si alias idoneus est huic fungendo muneri, refert, si non summa forsitan
auctoritate prae aliis gaudet episcopis. Multo magis itaque nullo modo
demonstrari potest, episcopum Romanum summum solum hoc of-
ficio esse dignum. Pristinis temporibus, quum non adeo per ipsum
corrupta esset ecclesia, eum legitime hoc respectu potuisse praesidere
conciliis oecumenicis, concedimus. Nec enim semper quidem vni
hoc munus dumtaxat assignatum est, dum vere etiam plures praesidere
possint, praesertim, si negotiorum copia id exigere videatur. Nulla
autem Pontifici Romano competit auctoritas maior ac alii cuique epi-
scopo, quod satis luculentem nostrorum plurimi docere. Inde autem
sequitur nullam adesse rationem veram, quare peculiare ius ipsi con-
ueniat. Indubie etiam multa testantur conciliorum oecumenicorum
exempla contra falsam hanc arrogationem. In concilio Nicaeno enim
fuit praefes hos I. episcopus Cordubensis. In Constantinopolitano I.
NECTARIUS episcopus loci, cet. Constantinopolitano II. nec ipse Ro-
manus episcopus interfuit, nec per legatos: vbi certum est, eum praes-
sidere non potuisse.

Quae nunc de Pontificibus Romanis diximus, praesertim autem quod praesidere po-
tuerint, de pristinis valere tantum temporibus, facile est videre. Quum enim
hodie grauisimos errores fouant promouentque, quemque in ipsorum solum
modo verba lurrare cupiant, et sacram scripturam unicum conciliorum oecu-
menicorum fundamentum penitus negligant, eos hoc munere non legitime
amplius fungi posse, quis non perficiat?

§. X.

Porro erit efficiendum, quorum sit in conciliis oecumenicis vo-
ta dare, et de veritate decidenda disputare. Praecipue hoc pertinet ad
clericos superiores, quos vocarunt episcopos, et quidem ad omnes ro-
tulas ecclesiae, quo repreäsentari possit integra eo melius christiana ec-
clesia. Hoc tamen caute explicandum. Nulla alia si foret synodus
oecumenica, quam in qua totius orbis episcopi conuenissent, nulla
certo daretur. Verum desideramus, ut dumtaxat omnibus indica-
tur concilium, et libertas corum cuique tribuatur adueniendi. Hinc
nisi impedianter legitime, omnium est, se ad concilium generale recipi-
endi

endi officium, quo perspiciat, vtrum verae sententiae calculum suum adiiciant ecclesiae singula membra, an faueant erroribus. Hinc tenetur magistratus politicus, qui conuocat synodum vniuersalem, vt earum prouinciarum clericos, quae sui non sunt iuris, conueniendo cum eorum Domino ad concilium curet mittendos. Ipsi autem clerici obligantur venire et tunc, si ab hoc non iubentur; legitimate tamen excusandi, si id vetera, quod verendum tamen haud ferme olim fuit. Illud autem saepe factum est, vbi inter se imperatores post diuisum imperium Romanum conuenerunt, vti Concilium Ephesinum a Theodosio II. consentiente Valentiniano est coactum.

§. XI.

Quamvis autem praecipue ad clericos superiores pertineat, suffragii dandis veritatem disputare propositum; minime tamen soli sunt, quibus hoc ius competit. Non enim abarcendi sunt clerici inferiores et laici, dummodo virtutibus ad suffragia ferenda necessariis polleant, et eruditione, prudentia ac pietate idonei ad veritates diuinias ponderandas reddantur. Minime tamen, iis aequo hoc ius competere ac episopis, contendimus, nec postulamus, vt necessario eorum quidam ad sint, dummodo iis libertas suffragia proferendi non recusat. Hanc vero iis concedendam esse comprobamus primo ex facultate sufficienze regeneratorum ad diuinas examinandas veritates. Hi enim tali gaudent virtute omnes, sive clerici sint, sive Laici. *Paulus admonet Corinthios epist. 1. c. X. 15. Probate, quod loquor vosmet ipsi.* Generatim idem omnibus inculcat fidelibus 1 Ioh. IIII, 1. Cuicunque autem Deus quamdam largit facultatem ea legitime data vii potest occasione. Deinde vero hoc ab exemplo concilii Apostolorum probamus, quod in rebus plurimis, pro forma conciliorum omnium accipi solet et debet. Vere autem interfusissi alios etiam, ac Apostolos ex Acto. XV. v. 6. et 22. 23. in aprico ponitur, praesertim si versus 28. conferatur, vbi illud nobis visum est, per versum 22. explicatur. His etiam addimus veterum testimonia. Modum celebrandi concilia describens ISIDORVS de concil. Deinde ait, ingrediantur Laici, qui electione coningali concilio interesse meruerint. De Chalcedonensi concilio testatur NICEPHORVS Laicos interfusisse, quod pariter EVSEBIUS facit de niceno. NICOLAVS Pontifex in epist. ad MICHAELM imperatorem agnoscit Laicos interesse posse concilio vniuersali, licet de particularibus id negat. Plura testimonia breuitatis causa sicco pede transimus.

§. XII.

§. XII.

Quod ad eos attinet, quorum ergo celebranda sunt concilia generalia, illi aut sunt, qui in fundamentali doctrina errarunt, aut ob dubia quedam saltem in utramque vacillant partem. Facile potest dregi, utrosque saepe coniunctos esse. Si enim quis in errore incidit, facile alios admonitionibus et speciosis argumentis eo reducere potest, ut, nisi penitus ipsi succenturientur, tamen dubitare incipient. Dubia vero si primo oriuntur, nec rite iis praeuenitur, facile penitus in contrariam partem nos ducere possunt. Idem docet experientia. Ex fine autem oecumenicorum conciliorum facile perspicere potest, quippe qui ad confirmationem orthodoxae doctrinæ spectat, eiusmodi homines eos esse, contra quos veritatem tueri deceat. Concilium itaque, contra homines, qui e. gr. a principatu sive munere quadam ob alia facinora remouentur, oecumenicum minime potest vocari, quia ad ecclesiam vniuersam nullo modo spectat. (§. III.)

§. XIII.

De qua in vniuersalibus synodis agendum est, doctrina itidem ad primos salutis christianaæ nexus ut spectet, poscimus. Interea, haec dum affirmamus, ad proximum finem conciliorum nos hoc referre dumtaxat, monendum videtur. Occasione enim data et res leuiores, si fieri commode potest, dispungi posse, largimur. Prius autem ex ipsa conciliorum definitione probamus. Quae enim ordini salutis divinitus constituto non contrariantur, merito humano relinquimus arbitrio, nisi politica aut naturalia sint preecepta, quae nihil ad concilia vniuersalia. Horum vero primaria decreta ad integrum spectant ecclesiam; (§. III.) ergo res ad fundamentum fidei minime pertinentes haud obiectum primum esse possunt conciliorum oecumenicorum. Huius indolis sunt omnes ritus et caerimoniae ecclesiasticae, quae ne quidem ob temporis, loci, aliarumque, quae circumstant, rerum, conditionem vniuersales laepius esse possunt. In his enim ipsi cuiusque regionis principi licet certi quid constituere, ne nimia diversitate offendatur plebs. Eiusmodi fere fuit indolis v. gr. tempus paschatos in concilio oecumenico primo definitum. Satis fuisse, si, ut tolleretur nimia varietas, certi aliquid constituisse imperator; sed commoda occasione data in concilio hoc tempus determinari iussit. Haec ergo constitutio ideo tantum proprie seruanda est, quia magistratus auctoritate pollet, non ob concilium oecumenicum. Hinc etiam

numeroque conciliorum oecumenicorum.

etiam ad firmandam nostram sententiam addi licet, quod eiusmodi
quaestiones indignae sint, propter quas tot itinera atque difficultates
fuscipiantur, quae in vniuersali synodo necessaria sunt; quam multis
aliis rationibus dispungi queant, si necessarium fuerit.

§. XIII.

Ipsa autem, de qua disputatur veritas fundamentalis sit contro-
uersa, ita ut intra ecclesiam de ea orta sint dubia, aut sententiae penitus
heterodoxae, ob quas necessarium est, veram et in paginis sacris fun-
datam opinionem explicare et confirmare, ne ipsa hunc in modum de-
trimentum veritas capiat. Haec comprobatione vix indiget assertio.
Vindiciae enim veritatis quum sint finis conciliorum oecumenicorum,
sequitur, ut veritas ipsa antea vel grauius, vel leuius sit turbata. Ope-
ram insuper oleumque perdituri essent, veritatem indubiam confir-
maturi, quippe quae nec explicatione eget, nec vindiciis.

§. XV.

De modo disputandi dogmata controuersia non particularem a-
mussim conciliis vniuersalibus exhibent paginae sacrae; quaeque hac
in re determinari possunt, ex modo generali, quo tuenda est veritas, sunt
deriuanda. Duo praesertim vitanda sunt extrema. Vnum, quo sole-
mus nimia severitate in eos, qui nobiscum non faciunt inuechi, et ea,
quae ad firmandam suam sententiam in aciem producunt, ne audienda
quidem putare. Alterum vero in eo consistit, si nimis incurii su-
mus, et concedimus multa errantibus, ob pacis studium saepius non
ex mala mente profectum, quo autem ipsa offenditur veritas sanctissi-
me semper vindicanda. Vtramque regulam neglexerunt synodi que-
dam, quae ab aliis vniuersales vocantur, in primis vero priorem. Sed
ad ea vt progrediamur, quae videntur generi huic subesse, monemus
primo, vt explicetur ipsa controuersia et vrraque parte limitetur, quod
praesertim in sermocinatione maxime exigitur. Tunc audiendum,
quid singuli proferant, et explorandum, quanti ponderis quaque sint,
quae ad corroborandam suam adiiciunt sententiam. Plane autem non
ad copiam suffragiorum respiciendum est, quia multitudo eorum, qui
sententiam defendunt, nihil umquam afferunt ad eius veritatem. Si
postea denique veritas ipsa satis elucescat remoueri potest sententia
contraria, et indicari, eam nec conformem esse foliis sacris, nec natu-
rae lumini. Hoc sententiam alterius *dannare* vocamus. Quod, qui

in malam partem explicant, perperam agunt. Explorandum est denique, quinam veram amplectantur opinionem, quod praesertim in Clericis necessarium, ut sciat, cui fidat ecclesia, quod subscribendo satis apte fieri potest. Vbi tamen caendum, ne dubiis et ambiguis verbis id fiat, sicuti formula ista, quam quidam subscribendo adhibere voluerunt; *quoad respondent cum sacra scriptura*, sic enim erroribus gravissimis etiam subscribere possemus. Idem fecerunt ARIANI quidam decretis NICAENI i conciliis subscriptentes, *Christum patri esse patrem*, intelligentes *quod significet*.

Quos hac in re et in aliis canones praescribere videmur concilii oecumenici, non ea intentione facimus, ac si hodie adhuc expectemus eiusmodi synodus, sed ut explorare possumus, quenam concilia rite celebrata fuerint, nec ne. Ad modum enim externum quod attinet, et ritus seruandos, arbitrio id connotatoris merito relinquendum est. Historice de his scriperunt ISIDORVS de Conciliis. EDMUNDVS RICHERIVS in historia conc. generali. 10. ARND Lexico ecclasiastico, cet. Quod a nobis non est exceptandum.

§. XVI.

Speciatim ad modum celebrandorum conciliorum generalium referendum est in primis, quod ad decindenda atque exploranda dogmata in omnibus paginae sacrae adhibenda sint obrusae loco, ita ut nullo modo ab eorum praescriptis sit recedendum. Scriptores memoriae reliquise scimus, in concilio Nicaeno semper eas ad manus suffisse, ut quia modo cunque data occasione possent confuli, quod etiam in ceteris magna veri similitudine sic factum est, licet non diserta exstet huius rei mentio. Istum interea usum externum non videlicet summe necessarium postulamus, licet per se maxime sit laudandus. Id dumtaxat potius requirimus, ut nihil aliud in fundamentali doctrina docuerint concilia, quam quae ex sacris litteris probari possunt; alias oecumenica auctoritate plane sunt destituta. Ob errores tamen leviores humanum testantes, inque salutis ordinem non influentes, quales sunt *exegetici, historici, cet.* auctoritatem vniuersalem concilii, quae de cetero ea non indigna sunt, minime denegare est animus, quum ubique nostrates semper, concilia omnia falli posse, libenter concedant. Nec, si vel quidam eos amplectentur, iis id nocere posset quoad veram doctrinam; quum tamen nos ipsi primaria tantum decretis, ad fidem spectantibus auctoritatem tribuerimus (§. III.). Horum prius si efficietur, nullam scilicet dari aliam normam, ac sacram scripturam in conci-

conciliis vniuersalibus adhibendam, prono fluet alieo, nulli vniquam licere homini, noua quaedam fingere dogmata, eaque pro orthodoxis venditare eo sensu, quia in synodis vniuersalibus constituta fuerint; iisque conciliis, quae dogmata, quae pandectae sacri penitus ignorant, pro veris confirmarunt, cognomen oecumenicorum plane non conuenire.

§. XVII.

Ne autem haec frustra dicta esse putas, ea firmabimus tribus argumentis. Primo virtutes sacris pandectis propriae id ipsum luculentissime demonstrant, quippe qui tum sufficiunt ad ea, quae de Deo credi debent, perspicienda; tum autem *unicum dogmaticum salutis nostrae fundamentum* merito vocantur, a quo nullo modo recedendum. Haec quidem plurima affirmant eorumdem testimonia, v. g. 2 Petr. I, 19. 20. 21. El. VIII, 20. 2 Rom. I, 16. Ioh. VI, 63. quibus veritates in sacris litteris obuiae nobis *κατ' εξοχήν* videlicet vnicia omnium rerum norma, ad quam certae sancte sint applicandae, commendantur. Quae igitur ad conseruandum verum Dei cultum pertinent, quorundam in primis oecumenicae referendae sunt synodi, nihil aliud admittere possunt debentque, quam quod ex ipsis foliis sacris deriuari potest. Explicari quidem posse saepiusque debere ei per concilia largimur, sic tamen, ut explicatio sic dicta post in interpolationem ne degeneret, sed regulae vbiique seruentur hermeneuticae. Deinde adhuc contra aduersam opinionem propria sacrae scripturae dimicant loca, adeo ut eam penitus diluere videantur. Inprimis hoc referimus Apoc. XXII, 18. 19. obuia sacrarum litterarum obfigurationem. Haec verba non solum ad sermones et verba integra malitiose addita referenda esse, sed etiam praecipue ad sensum detortum et dogmata ficta spectare, probatione videtur haud indigere. Vtrumque saltim cosdem producit effectus et necessario hoc illi coniunctum debet esse. Anathemati huic ergo obnoxii sunt, qui doctrinam reuelatam immutare non dubitant. Idem hoc elucer ex Deut. IIII, 2. XII, 32. Prou. XXX, 6. Gal. I, 8. 2 Ioh. v. 8. Ios. I, 8. Tertio Apostoli Act. XV. nobis optimo praecuerunt exemplo, in concilio hierosolymae celebrato. Licit viri illi *θεόπνευστοι*, diuina dogmata exacte perspicerent, vel ipsum externum usum nihilo minus haud neglexerunt. Sic enim l. c. v. 8. 9. Petrus ad exempla V. Test. prouocat, er ad modum eorumdem iustificationis, quo diuinum mandatum allegat atque institutionem. A Iacobo post illum verba faciente

ciente Propheta Amos v. 15. introduceitur loquens. Ex v. 19. patet, eum
eam ob caussam ita indicasse, quia reuelata sit voluntas Dei. Paulus
etiam, qui huic interfuit concilio: *se nibil aliud docere, ait, quam quod
Prophetae docuerint.* A&t. XXVI, 22.

§. XVIII.

Quinam conciliorum oecumenicorum sit finis exoptatissimus, le-
ui gradu iam perstrinximus, (§. XIII-XV.) quantum fuit necessarium.
Eundem tamen nunc adhuc paullo distinctius exponemus. Fuit ille
quidem et debet esse, si ad vitimam speciem caussam, vera Dei gloria,
quippe quae meta est omnium humanarum actionum legitime suscep-
tum, quod comprobare foret superfluum. Ad proximum autem quod
attinet *siuem*, hic ad tranquillitatem ecclesiae conseruandam spectat, at-
que restituendam. Huc duo sunt referenda. *Vnum*, ut doctrina he-
terodoxorum spuria examinetur atque remoueatur, et aperte commoni-
streburybi ac quatenus ab haereticorum sit recedendum sententia. Eo
sensu remouentur etiam incommoda eorum loquendi formulae, quae
fucum veritatis prae se ferunt, et sic indoctos facile queunt decipere.
Alterum, ut vera dogmata vindicentur, eorumque cum litteris Sacris
indubius monstretur consensus. Quorsum illud prae aliis referen-
dum est, ut in chartam recondantur, quae disputata sunt; quo sciant
genuinae ecclesiae, quid ipsa credat, cuncti sodales; et si conciliorum
decretis assentient, normam certam habeant credendi, quod ad hanc
vel illam doctrinam attinet. Hanc ob rem pariter de verbis sermoni-
busque commodis agendum est, quibus exprimantur dogmata vera,
ne quis terminis obscuris seducatur. Haec finem conciliorum oecu-
menicorum **SYMBOLICVM** constituant, quo distinguantur ecclesia
vera ab haeretica. Deinde vero etiam falsarum accusationum, quibus
aduersarii, vt solent, forsan videlicet absurdâ depingunt dogmata or-
thodoxa, in medio ponatur vanitas. Quod tunc sane optime fieri
potest, si dogmata prius explicitantur, vt creduntur, et post ex Sacris
pandeatis sufficiuntur. *Duplici* igitur hoc modo vera christianorum
conferuatur atque restituitur interna tranquillitas. Finis *accidenta-*
lis et remotior etiam fuit et esse potest interdum rituum ecclesiastico-
rum constitutio, quia commode simul de iis, si controversi sunt,
consilii iniiri queunt.

§. XVIII.

Constituto vero synodorum generalium fine, nunc quae ad illum
perpe-

perperam referri solent, exponamus. Tantum abest, ut additis nouis fidei articulis interpellare voluerint sacram scripturam, ut semper congregati potius fuerint solliciti de iis remouendis, quae illi consentanea non sunt. Numquam, quibus vere hoc nomen competit, eo sensu congregatae sunt, ut vi obtruderent integras ecclesias noua dogmata *ἀργαπα* et absolute definita. Non anhelarunt, ut quidam cauillantur, regimen quoddam ac dominium in animos humanos, ut cui liber forsitan credendi surriperent libertatem, atque aliorum dogmata ex arrogata superbia et vituperanda negligentia damnarent, ut maiori specie contra eos persecutions ciere possent, bonisque eos priuare diversimodo, non horrendum esset. Huic fini si inhaesit concilium, plane iecirco occumenica indignum est auctoritate; quod cognoscendum erit ex §. XV-XVII.

§. XX.

Ex his determinare poterimus, an ad stabiliendam ecclesiam necessaria fuerint eius indolis concilia, ut integrum obligent ecclesiam, quaeque occumenica vocamus; nec ne. Necessitatem absolutam iis non compere, haud effecturi essemus, nisi hanc propugnare conarentur Pontificii. Hac autem assertione ipsis sacris litteris officiunt, quae si simpliciter absque illa conditione ad salutem ecclesiae exigentur, peculiarem sanctionem nullo modo reticuissent. Scriptura etiam sacra sufficit per se ad tuendam veram ecclesiac credendi normam, eundemque spiritum fidei 2 Cor. VII, 7. 15. in omnibus christianis veris conferuandum. Huc accedit, quod prioribus saeculis tribus nullum datum fuerit vniuersale concilium, et tamen inter tot persecutions mirum in modum conferuata ecclesia. Non tamen maximam veritatem, nec ob idipsum moralem necessitatem vlo modo iisdem denegamus. Quaecunque enim prae aliis commode ad tuendam veritatem possunt applicari, hoc fine sapientissime sunt eligenda. Quare vero haec iis adscribenda sit, ex ipso fine potest perspici, (§. XVIII.) cui inhaeserunt synodi occumenicae.

§. XXI.

Ex indole conciliorum occumenicorum hactenus considerata, efficere nunc poterimus, quae nos de vera eorum auctoritate vniuersali conuincent; quorsum reserimus: a) Ut ab imperatoribus vere coacta, directa et confirmata sint. (§. V.) quocum conf. seq. §. XXVIII.

B 3

b) Ut

b) Ut dogmata sancta ad fundamentum salutis pertineant. (§. XIII.)
 c) Ut eadem, vera disquisitione praemissa, penitus correlativeant sacris
 pandectis, earumque ductu sint decisae. (§. XVI. sqq.) d) Ut tandem
 ad omnes totius Ecclesiae episcopos sive clericos superioris ordinis
 pertinuerit conuocatio, nullique digno aditus denegatus sit, (§. XI.)
 utque ab ecclesia orthodoxa vniuersa recepta sint dogmata. Quod
 tamen requisitum ex temporis, loci, aliorumque, quae circumstant,
 conditione diadicandum, et interdum aliquo modo relaxandum erit.
 Haec realem criteria definitionem constituant, quorum ope exami-
 nandum erit, quaenam concilia vere dicantur oecumenica.

§. XXII.

Iam vero ad *auctoritatem concilii oecumenicis tribuendam*
 progrediamur. Actum essemus acturi, si auctoritatem quamdam ve-
 re competere iis, nunc demum probare vellemus; hanc enim verae
 eorum ideae iam subesse §. III. sqq. docuimus. Hinc eorum aduerfa-
 rii, si rite sua dogmata interpretantur, negant dumtaxat, dari posse
 eiusmodi concilia, nec vlla digna esse auctoritate, quae ad integrum
 spectet ecclesiam. Opinionem autem nostram illi repugnantem, hac
 tota scriptione confirmamus, concludentes: Cui rei definitio compe-
 tit et criteria inde deriuata (§. XXI.), illa pro vere tali habenda est, quae
 definitur. Haec autem quibusdam competere concilii per inductio-
 nem infra probabimus, (§. XXXI.-XXXVI.) ideoque auctoritatem con-
 ciliis quibusdam vniuersalem attribuimus, §. III. constitutam. Quem
 probandi neruum per totam hanc diatriben plenus tractatum, hoc lo-
 co sufficit exposuisse.

§. XXIII.

At, quaenam illa sit auctoritas, praecipue et fusius iam viden-
 dum erit, ne maiorem minoremue, ac res postulat, accipere videa-
 mur. Praesertim eorum causa erit determinanda, qui nobis citra vil-
 lam veritatis speciem obiciunt, quod absolutam auctoritatem conci-
 liis oecumenicis sic dictis tribuamus cocco assensu amplexandam.
 Hanc plane non fouemus sententiam, emque penitus abarcemus.
 Hinc primo perperam exaequant sacris litteris, aut, quod multo magis
 vituperandum, praeponuntur, sive id fia theoretice, sive practi-
 ce; quum ab his omnis, quae illorum decretis tribuenda est auctori-
 tas, vere dependeat (§. XVI. XVII.). Deinde pariter nullo modo pro
 fundamento positivo et immediato credendorum venditanda sunt, (§.

vel

vel postponantur pandectis sacris,) sed semper, vnde auctoritatem habeant, penitandum. Tertio grauissimus est error, eorum decreta, videlicet errori nulli obnoxia proclamare. Licet enim de conciliis quibusdam scil. vere oecumenicis, ob S. scripturas consensum, quod a fundamentalibus immunia sint erroribus, obtineamus; hoc tamen ad litterarios, exegeticos, cet. nullo modo extendimus. Nec, quod proprius remouemus, supponimus gratuito per circulum vitiosum, ea ideo oecumenica esse, quia infallibilita ea semper fuisse necessario hallucinamus. Nec itaque auctoritatem *absolutam* vlo modo iis affingimus.

§. XXIII.

Ad ea firmando, quae nunc proposuimus, referenda sunt, quae de conciliorum oecumenicorum norma §. XVI. XVII. diximus. Interim probatio hoc loco suppeditanda est plenior, quorundam aduersariorum ergo, qui infallibilitatem cuique concilio adscribunt, quo totam ecclesiam iubent obligari. Quam quidem confutamus, primo ex vniuersali generis humani labe, qua nemo erroribus non est obnoxius. Nulla exceptionis adest ratio, ergo nec erit, in quo non haerere possint erroneae opiniones. Quum autem concilia tantum ab hominibus celebrari possint, cur immunia praedicanda sint erroribus? Et quantum in vere oecumenicis ob sacrae scripturas consensum, errorem fundamentalēm constitutum esse, minime admittamus; magnopere tamen hinc differr infallibilitas absoluta, nec minus ad omnia se extensis, etiam minus fundamentalia dogmata, quam obtinent adversarii. Haec nullo modo cum corrupto omnium hominum animo potest consistere: illud non repugnat. Confirmant haec paginae sacrae, quas pariter audiamus. Referendum est hic prae locis aliis mandatum, quo tenemur *explorare dogmata nobis proposta, ne fallamur.* Ioh. III, 4 sq. Frustrane esset haec admonitio, si quaedam decreta humana erroribus non essent obnoxia. *Humana sapientia non nisi fidem, sed revelatione divina* I Cor. II, 4. 5. testatur Paullus, nec solis prudentibus hominum loqueliis fidendum esse. Merito inde colligimus, *absolutam nulli humano instituto competere auctoritatem.* Hoc pariter confirmatur Ps. CXVI, 11. vbi omnes homines vocantur *mendaces*, quod labilem simul denotat intellectum. Generatim addi possunt omnia testimonia virorum Θεονεύσων, vbi indolem queruntur inhabilem humani generis ad perspicendas veritates, et incertas deplo-

deplorant vacillantesque sententias. e. gr. Psalm. XIV, 4. LIII, 4. Iob. XIII, 4. Ioh. I, 5. Ioh. II, 9. sq. Genes. VIII, 21.

§. XXV.

Deinde ob fundatum, quo conciliorum oecumenicorum infallibilitatem nititur, merito reiencia est. Plurimi enim aduersariorum hanc auctoritatem ob solius Pontificis romani confirmationem adesse sentiunt. Non nostrum est nunc infallibilitatem huius episcopi fusius confutare. Interim praecedens sus plurimum hoc faciet. Praeterea autem exemplorum numerus maximus vanitatem arrogationis in aprico ponit, quo prae aliis testimonia ex referenda sunt, quibus Pontifex alteri contradixit, aut fateri coactus est, se antea errasse, et quae cetera sunt. Videatur quod haec in primis *Dissert. de infallibilitate Pontif. Roman.* *avtore xxi. sub umbone V.S.V. PRAE-SIDIS* defensa. Generatim conferri possunt *I. A. SCHERZER ET GEB-HARDI Anti-bellarminus.* *EDM. RICHERIVS in hist. concil. generaliorum.* *SALOM. DELINGIVS in Obs. sacris,* vt et plurimi scriptores, qui Pontificios confutarunt.

§. XXVI.

Exemplis denique synodorum oecumenicarum, quae reapse errant in rebus leuioribus, nostram confirmamus sententiam. Fundamentales conciliorum viuuersialium perperam a Pontificiis sic dictorum errores κατ' ἀνθρώπους iis obiici possunt. Verum eos nunc omniamus, et tantum de veris oecumenicis quaedam afferamus. Sic in concilio NICÄENO primo plurimi coniugium clericorum removere studuerunt, quos tamen ex sacra scriptura confutauit *PAPHNVTIVS*, et licet caelebs ipse fuerit, onus iusto grauius clericis imponi, comprobauit. Idem concilium militarem statum quodammodo christianae religioni repugnare autumauit, quod concedi non potest, licet hodienum quidam idem sentiant. Videatur *FECHTII Comp. theol. cap. XII.* §. 25. *Synodus Constantinopolitana III.* matrimonium cum haereticis contrahendum non esse constituit, atque vere inita dissoluit coniugia. De erroribus exegeticis in aprico sunt exempla, ex linguae hebraicae inopia originem trahentibus, vti in Niceno *Pascha a πάσχα* deriuant. Idem de historicis aliisque probare, nisi res ipsa loqueretur, possemus.

§. XXVII.

§. XXVII.

Remota auctoritate ea, quae falso tribuitur oecumenicis synodis, ad veram stabiliendam nunc progredimur. Illa quidem in eo ponenda est, ut vero earum fine, quem accesserunt, legitime utamur, (§. XVIII.) estque vel interna, vel externa. Respectuam auctoritatem ob Sacrae scripturae consensum *internam* vocamus. Eam autem, quod correspondent, non *quoad* sunt consentanea paginis sacrīs, (aut quod idem est, ob consensum dogmatum vniuersalem, non particialem) conciliis tribuimus vniuersalibus, eaque veneramur. Cognoscimus autem ex illorum decretis, quannam ecclesia antiqua Antichristiano coeno nondum contaminata fuerit sententiam, quippe quo iuxta sensum sacrorum padeclarum de dogmatibus controuersis cum illis certi quid constituere possimus. Commodas similiter elocutiones et opinionum limitationes, ne distorquentur ab aduersariis, ad usum nostrum applicamus; atque eorum canones recipientes, eo nos ab aliorum coetibus distinguimus, vt inter omnes constet, quænam a nobis credantur, quem in finem symbola conscripta sunt in conciliis oecumenicis, quorum *Nicaenum* præc aliis maxime cognitum est. Quæ *symbolica* auctoritas conciliorum aduersariis potissimum inuisa est, videlicet paci ecclesiarum officiens, quæ tamen cum veritatis detrimento nunquam est incunda. Cuncta vero hæc auctoritas nullo modo increpanda est, quippe quæ satis integra synodorum oecumenicarum nititur indole.

§. XXVIII.

Externam auctoritatem eam vocamus, quam concilia vniuersalia a confirmatione legitimi magistratus, et ab ecclesiae receptione publica nanciscuntur. Quod si tempore pressorum christianorum celebratum fuisset concilium alias auctoritate vniuersali dignum, prius hoc non adeo referendum esset, et sufficeret posterius. Nunc tamen utrumque requiritur, idque eam ob causam, vt certius perspiciamus, quonam modo dogmata sint disputata, et vt canonum legitima sit obligatio, quum magistrati politico vera competat gubernatio in rebus ad ecclesiam pertinentibus (§. VI. VII.). Quac itaque sanctio legitimi magistratus ad constitutiones in sacris rebus requiritur, eam pari iure ad synodos vniuersales referendam esse colligimus.

Auctoritatem oecumenicorum conciliorum a nostratis flocci haberi citra villam

C

veram.

veram demonstrationem singunt pontificis; quum plurimi libri didactici nostrorum satis testentur, quanti eadem faciamus. Integrum librum quidem de concilis scripsit **R. LUTHERVS**, in quo acriter calligat eos, qui praeferunt eorum decreta sacris pandectis; quod etiam fecit in praefatione ad *articulos Schmalcaldicos*, quam perperam vero detorquent adversarii sententiam. Vide MÜLLERVS in *Lutherio defenso*. cap. IX.

§. XXVIII.

Venimus nunc ad numerum verum vniuersalium synodorum, vbi efficiendum, quaenam conciliarum oecumenica auctoritate vere sunt digna, ex (§. III. XXI.) Primo autem statim in limine monendum erit doctores ecclesiae nostrae hac in re non satis conuenire, licet, quod scimus, numquam iecirco certarint, sed potius paene inter se conuenire videantur. Sunt, qui concilia dimitatax *quatuor oecumenicorum nomine indigitanda putant esse*, videlicet *a) NICAENVM primum, b) CONSTANTINOPOLITANVM primum, c) EPHEGINVM, et d) CHALCEDONENSE*. Horum fere inter nostrates sunt plurimi, quorum nonnullos sufficiat adduxisse, e.g. AD. RECHENBERG. in *Appendice ad libros symbolicos*. HIERON. KROMAYERVS in *theologia politico polemica* P. II. p. 139. IO. AD. SCHERZERYS in *systemate theol. Loc. XXV.* pag. 680. Idem etiam ICti in *iure canonico* ex nostris dogmatibus emendato obtinuit, propterea forsitan, quod IUSTINIANVS imperator eorum decreta ὡς τὰς Οἰκουμενικὰς συνόδους ρέματα iussit obseruari. Plurimi etiam Christianorum omni tempore κατ' ἔξοχον his *quatuor synodis*, ob dogmata prae aliis maxime fundamentalia et symbolicam auctoritatem in iisdem praecepit obuiam, maximam, reliquisque maiorem adscriperunt auctoritatem. Sic GREGORIVS lib. I. epist. 24. sicut IIII euangelii, ait, *libros, scilicet et IIII concilia suscipere et venerari me fateor*. Huius tamen sententiae auctores sequenti se numquam plane confitentur aduersarios, ita ut ipse adductus RECHENBERGIUS compend. hist. eccl. sex concilia vocet oecumenica.

§. XXX.

Alii Theologorum nostrorum sex conciliis vniuersalem fere auctoritatem adscribendam esse non dubitant, et ad illa *quatuor addunt CONSTANTINOPOLITANA duo, secundum et tertium*. Conferatur PFAFFIVS in *introductione ad hist. eccl. IO. MICRAELIVS in hist. eccl. TOSVA ARND in Lexico hist. eccl. sub voce concilium, cet.* Huic etiam senten-

sententiae album adiicere calculum non detrectamus, quamlibet non inficiamur, prioribus quatuor quamdam tribuendam esse praerogativam, quae ex ipsa eorum indole eluet. De singulis his sex oecumenicis pro datis characteribus (§. XX.) sigillatum rationem reddemus, et nostram efficiemus opinionem. Penitus interea superfluum videtur, refutare eos, qui paullo aliter sentiunt; quum aliquem inter nostrates de hoc numero dari dissensum (§. XXVIII.) iam notauerimus.

§. XXXI.

Primum itaque conciliorum, quibus vniuersalem adscribimus auctoritatem, NICAENVM i. videlicet, a. C. CCCXXV ab episcopis trecentis circae concelebratum, aggredimur. Conuocauit illud Imperator CONSTANTINVS M, qui auctor tutorque fuit eiusdem, ac veritates decisas confirmauit, de quo nullum est dubium. Dogma in illo disputatum omnium fere consensu Christianorum ad maxime fundamentalia pertinet, scilicet vera Christi diuinitas et inde pendens trinus in Deo personarum numerus, quod in omnis sane fide articulos multum influit; in cuius verae professionis gratiam confectum est symbolum NICAENVM, et in primis adhibita est vox ἑνούσιος, ad aequalitatem consubstantialem Christi cum Patre exprimendam. Sancti sunt quidem in hoc et in reliquis conciliis vniuersalibus canones, ad ritus ecclesiasticos dumtaxat spectantes; hoc autem nobis penitus non aduersatur, de quo satisdum dictum est (§. XIII.). Normam in omnibus adhibitan esse sacram scripturam, semperque consultam esse, docent scriptores ecclesiastici (§. XVI.). Clarius autem inde patet hoc requisitum, si ipsum de trinitate dogma, et quae huic videlicet generi sub sunt, cum foliis sacris ex alle conuenire perspicimus, qui consensus ex plurimis libris theticis nostratram aliorumque satis luculenter pater. Indictionem vniuersalem fuisse cuique accessionem digno lieuisse, ubique decreta esse recepta, et ecc vere conuenisse episcopos, (qui numerus maximus tunc temporis erat, quum vix libere florere coepit religio Christiana) ex actis satisdum patet, et ut scimus de his ne συρρέχθετο quidem dubitare conatus est. Criteria itaque oecumenicae haec synodus nulla in re destituitur.

§. XXXII.

Alteram synodum vniuersalem nostrates CONSTANTINOPOLITANAM i. vocant, A.O.R. CCCLXXXI. congressis episcopis centum et

quinquaginta, ad Macedonium Eudoxiumque damnandum, coactam. De conuocatore vero, ac dogmate fundamentali et orthodoxa disputatio res fere inaprico est. Fuit ille quidem THEODOSIVS M. historiorum omnium fere consensu; frustra reluctantibus quibusdam, qui DAMASO Pontifici ab Imperatore GRATIANO sustentato hoc tribuere audent. Vid. e. g. HINCMARVS Rhemensis Tom. II. Opus. LV. c. XX. Quæctionem decisam, quae de Sp. sancti diuinitate et de confirmatio- ne Christi Dei agebat, omnium consensu ad summas pertinere, nemo nescit. Decisionem vero sacrae scripturae ex alse conuenire, iterum comparando potest perspicere, quod plurimi fatisdum comprobarent, a nobis non autem postulari potest. Tria igitur criteria priora (§ XXI) satis aperte offendimus. De extremo autem forsitan maiori momenti dubia poterunt moueri, quum doceant scripores adfuisse synodo dumtaxat orientales episcopos, ita tamen ut pariter conuocatio aliquo modo pertinuerit, teste THEODORETO, ad occidentales. EDM. RICHER. l.c. P. I c. V. § LIII. Verum enim vero, quod paucis consummari aequa digne poterat, quare plura adhibenda ad illud suffissent? Maxime nimurum affinis erat dispungenda cauilla illi, de qua suffragia cerebantur in Nicaeno, et ex hac illa poterat decidi. Occidentalium vero sententias iam supponi quibant, (quippe, qui professi eas in praecedenti erant) ne sis iter tam longinquum suscipere cogerentur. Quod autem præcipue orientales, iisque paene omnes conuenient episcopi, ideo factum esse eluceret, quod Macedonianorum haeresis, quorum ipsi aderant XXXVI episcopi ortu sunserat in oriente, versus occidentem adhucdum non satis cognita, ideoque non sine cauilla suspicendum erat, quod nec veritati repugnabat, clam multos adhaerere Macedonio. Inprimis autem hoc referendus est insequutus ecclesiae occidentalis consensu.

§. XXXIII.

Ad tertium vniuersale concilium EPHESINVM videlicet ob Nestorii haeresin A. R. S. ccccxxxii celebratum, pedem nunc mouebimus. De inductione conuenerunt inter se imperatores THEODOSIVS II. et VALENTINIANVS, licet potissimum ab illo negotia penderent, qui etiam proprie acta conciliu confirmauit. Confirmatam veritatem maximam habere didascaliam, scilicet, quod didascalia natura Christi vtrique sit unita, ideoque Maria appellanda Theotócos, ex iis pater, quae

ex

ex aduersa opinione influent in totum Christi officium mediatorium, nec non eiusdem status diuersos. Tum ex symbolo NICAEANO, tum autem praeципue ex verbo Dei scripto examinatos esse errores, plerique tradunt historici. Sufficit autem quod nostra sententia ex eodem certissime effici possit, quo potissimum loca pertinent: Coloss. II, 9. Ioh. I, 14. cert. Aduocatos esse vtriusque regni episcopos eosque decreta confirmasse, ex Imperatorum consensu liquet, licet ob varios Narratorum amicorumque eius rumores astute motos vere tantum adfuerint ducenti.

§. XXXIII.

*Quartam synodus oecumenicam CHALCEDONENSEM agnoscimus, A.C. CCCLI ob Eutychetis et Dioscori de confusione vtriusque in Christo naturae errorem, Nestoriano e regione oppositum, ab episcopis sexcentis concelebratum pariter atque confirmatum. MARCIANVS imperator et VALENTIANVS III indixerunt concilium, quorum ille ipse interfuit, canonesque confirmavit, quum antea adulatoribus motus MARCIANI antecessor, THEODOSIVS II Dioscori confirmasset synodum Ephesi in gratiam Eutychetis celebratam. Ad salutis fundamentum maxime eodemque modo ac praecedens in redemtionem Christi vindicatam influit dogma. Infuper autem arctissime cum immutabilitate Dei cohaerer, ideoque haec per errorem oppositum pessundatur. Ex hac simul orthodoxa concilii eluet opinio, quam praeincipie etiam tuentur, Iac. I, 17. Malach. III, 6. quare etiam communionem naturarum *ādīatāzēntōs* factam esse dixerunt. Quod ad eos, qui interfuerunt synodo attinet, satis dum amborum Caesarum vniuersalis constat conuocatio, quum etiam adfuerint vere DXXX episcopi, qui non ferme in alio concilio conuenerunt vlo.*

§. XXXV.

Quintum concilium oecumenicum denominamus CONSTANTINOPOLITANVM II ab episcopis CLXX circiter, a.C. DLIII celebratum. Coegerit illud quidem imperator IVSTINIANVS I, (iam euerso regno occidentalI,) quod NICEPHORVS lib. XVII, 27. et EVAGRIVS I, III hist. c. 37. testantur. Quod ad indolem errorum in hac synodo profligatorum attinet, monendum erit, quod partim ex Nestoriana haeresi, partim ex Origenis per Philosophiam perperam applicata corrupta Theologia originem duxerint, quorum defensores erant

THEODORVS Mopsuestenus. Ad tria momenta, quae *tria Capitula* dicuntur, potissimum redibant, scilicet: *a) Christum Deum non esse incarnatum, nec ex Maria natum.* *b) Vnum ex Deitate esse incarnatum.* *c) Mariam non mansisse virginem.* Primum dogma Nestorianum multum in doctrinam influere §. XXXIII. iam diximus, cui corollarii instar nititur tertium, licet de fide non sit. Alterum vero orthodoxum erat, cuius constitutio multum in modum influit officii mediatorii, et in errores tam Nestorii, quam Eutychetis abarcendos. Defensa autem dogmata orthodoxa fuisse, partim ex §. XXXIII. seq., partim ex immutabilitate Dei, partim vero fuisse ex sacris foliis euincitur. Numerus episcorum magnus adeo quidem non fuit, vniuersalem tamen conuocationem et decretorum receptionem testantur cum aliis modo citati scriptores.

§. XXXVI.

Denique vel etiam in numerum conciliorum vniuersalium iure referre nobis videtur *tertium CONSTANTINOPOLITANVM A. O. R. IOCLXXX,* circiter a *CCL* concelebratum episcopis, ob eos, qui vnam dumtaxat Christo voluntatem, diuinam scilicet tribuerunt, (quibus etiam succenturiatus erat **HONORIVS episcopus Romanus, infallibilis alias praedicatus,**) ab imperatore **CONSTANTINO POGONATO** conuocatum. Monoteletharum error ex Eutychetis haeresi excitatus, supponens necessario videlicet Christum θεόν θεωνον numquam humanas suscepisse et peragisse actiones, nec itaque verum fuisse hominem, ob id ipsum maximi erat momenti. Aduerbam autem huic errori sententiam pandectis sacris respondere vno euidentissime loco precatio ne Christi *non mea fiat voluntas, sed tua* Matth. XXVI, 39. ceterum euincitur, et insuper multis in modis probari potest orthodoxa huius synodi disputatione. De numero congregatorum, quem alii augent, alii minuant, certi vix quidquam habemus. Quum vero vniuersalis imperatoris indictione extra dubium sit posita, haec sufficiat, ideoque hanc, pariter ac reliquas, ad oecumenicas merito amandamus synodus.

Concillorum vniuersalium historiam multi sene dederunt, quorum quosdam nominare, et in primis eos, quibus nos fidem adhibuimus, visum est. Inter antiquos eminent **EUSEBIUS hist. eccl. lib. X.** **THEODORETUS hist. eccl. lib. V.** **SOCRATES ET SOZOMENVS in hist. eccl.** Illius historiam continuauit **EVAGRIVS libris VI.** **NICEPHORI 1500^{ta} GYROMUS,** ceterum, qui reliquerant memoriae postissimum

essimum, quod de omni statu Christianorum et de conciliis scimus. Acta omnium conciliorum collecta publici iuris fecerunt IOH. HARDVINUS Tom.XIII,
SEVERINVS BINIVS impulsu Pauli V. Pontificis. LAURENTIVS SVRVS Venetiae a.
c. 1664. PHILIPPVS LABBEVS, Parisis auctoritate regia. NICOLAI COLETI sacro-
sancta concilia, Tom. XXIII, 1728—1733. Compendia dederunt VILHELMVS
CAVE P. II. hist. litterar. EDMUNDVS RICHERIUS in historiis generalium con-
ciliorum, cet.

§. XXXVII.

Fuere haec, quibus auctoritatem damus vniuersalem concilia. Sunt tamen vel inter nostros qui hue pariter referunt NICAENVM II,
vel CONSTANTINOPOLITANVM III. De utroque fusus infra dice-
mus. Hoc loco illud tantum monemus, quod eam ob causam ea
huc quidam referant, quia veros concilii oecumenici sentiunt char-
acteres et forte solam Imperatoris conuocationem ducunt esse suf-
ficienrem (§. III. Schol.) praecipuum, scilicet orthodoxam decisionem
non inquietentes. Multi etiam ita arbitrari tantum videntur, dum
concilia forte ex mente Pontificiorum sic dicta allegant. Interim fa-
cile, haec duo concilia oecumenicis posse annumerari potiori iure, ac
Pontificiorum reliqua, de quibus infra plura dicenda erunt, vbi con-
cilia perperam vniuersalia dicta reiciemus, largimur.

SECTIO POSTERIOR, EAQVE ANTITHETICA.

Sylloph.

- Introductio* §. XXXVIII, ad con-
trouersias
- I. De iudeole C.O.
 - a) Prima de iure connocandi. §. XXXVIII—XXXII.
 - b) altera de admittendis Laicis. §. XXXIII. sq.
 - c) tertia de norma §. XXXXV. sq.
- II. De auctoritate.
 - a) *Vindiciae contra συνοδές θρησκευσ* §. XXXVI—L.
- b) *Vindiciae contra infallibilitatem praetensam*. §. LI—LIII.
- III. De numero.
 - a) *Introductio*. §. LV. sq.
 - b) *Sententia Pontificiorum* §. LVII.
examinatur §. LVIII—LXII.
 - c) *ecclesiae gallicanac*. §. LXIII.
examinatur §. LXIII.
 - d) *Graecae ecclesiae. §. LXV.*
 - e) *Nestorianorum, Eutychianorum
et Monothelitarum*. §. LXVI.
Epilogus. §. LXVII.

§. XXXVIII.

Constitutis haec tenus, que vere de indeole, auctoritate numeroque
conciliorum oecumenicorum sentiamus, nunc ad eorumdem pro-
gredi-

gredimur vindicias, ut nempe dissentientium recenseamus atque examinemus opiniones. Plura sunt autem, quae in controversiam veniunt, ordine in priori sectione obseruato proponenda. Ad *indeolem* itaque quod attinet, *primo* de iure conuocandi ac praesidendi disputabimus, *dein* an ius suffragia ferendi solis competat episcopis, *tertioque* utrum norma sola debet esse scriptura sacra, inquiremus. *Auctoritatem* a dupli errorre sibimer e regione opposito vindicabimus, scilicet *tum* contra eos, qui omnem abdicant auctoritatem, nullumque dari concilium proprie^e oecumenicum autuant, *tum* contra eos, qui concilis oecumenicis infallibilem tribuunt. Tandem vero de *numero*, constitutendum erit, ubi inquirendum, quibusnam conciliis singulae Christianorum ecclesiae auctoritatem vniuersalem adscribant, quorum tunc ex indeole, an hac digna sint auctoritate, nec ne, studebimus cognoscere.

§. XXXVIII.

De iure conuocandi vniuersalia concilia, *prima*, ut diximus, morunda est controversia. Ut eam rite explicemus, notamus non quae*ri* a) utrum semper vere indixerint concilia oecumenica Romani pontifices, quod dare coguntur aduersarii, non factum esse, vanum anquirentes refugium quod Pontifex tolerando imperatoris illegitimam agnouerit conuocationem. b) Non disputamus, utrumne interdum praesertim rebus ecclesiae turbatis, et sede Pontificis multis papis, aut haeretico onerata, conuocare possit magistratus politicus, quod irenum dant aduersarii. Vere autem quaeritur, utrum ius indicendi, (aut conuocandi,) concilia oecumenica magistrati politico competit semper et ubique, an potius tribuendum sit Pontifici Romano. Illud nos, hoc aduersarii, quae maxima Pontificiorum est pars, obtinent. Vide **BELLARMINVM de conciliis lib. I. cap. 12. sq. BARONIVM in annal. T. I. BINIVM in actis conciliorum**, cet. Multi eorum tamen cordatiores, et in primis ecclesiae gallicanae nostram tuentur opinionem, si quidem ipse Rex Galliae alias Christianissimus reapse doctus est pontificem conuocando concilia nationalia, se inter et illum non satis conuenire. Vide fufius **EDMVND. RICHERIVM l. c. de hac re differentem**. Praeter Gallicos autem multi alii vel in ipso Tridentino concilio Imperatori ius conuocandi adscriperunt. Vid. **HÜLSEMANN**, Breu. cap. XVIII. Th. 7. Tomi conciliorum per **THOM. QVENTEL** a. 1538. Coloniae in lucem editi. Idem de omnibus veris conciliis oecumenicis sine limiti-

limitibus adiectis testantur alia Pontificiorum scripta. Quod vero ad huius quaestione momentum attinet, ideo digna curatori videtur examine, quia multum in doctrinam de magistratu politico influit, et error aduersariorum plebi persuasus multorum detectandorum auctor fuit dogmatum, quum Pontifices pessime hoc iure falso sibi arrogato sint abusi. Multa ramen ex respectu vniuerso magistratus politici ad clericos decidenda sunt, quae leuiori tantum gradu erunt perstringenda.

§. XXXX.

Ad corroborandam sententiam, quam fouent aduersarii abutuntur primo locis quibusdam pandectarum sacrorum, scilicet: I) Ioh. XIX, 15. vbi Petro dixit Christus: *Pasce oves meas.* Hinc concludunt Pontifici videlicet Petri successori regimen ecclesiasticum soli conuenire. At respondemus, a) per *pasce* nihil aliud significari, quam monstrare viam veram, qua beneficia diuina nostri iuris facere queamus, quod tam ex re comparata, quam aliis S. S. locis eluet inter quae eminerit Petr. V, 2-5. b) Falsa insuper presupponuntur multa, scilicet quod Pontifex sit Petri successor, quod Petro hoc mandatum soli sit datum, ideoque P. R. iure regat Clericos telluris vniuersae, quae sunt falsissima. II) Vrgent aduersarii loca sacrae scripture, quibus praecipit eiusmodi *conuentum in nomine Christi esse congregandum.* Matth. XVIII, 30. Marc. XVI, 7; Ioh. V, 43. indeque concludunt ab eo *conuocandum esse concilium, qui Christi fungitur officio, qui episcopi sunt in particularibus, Pontifex autem in synodo occumenica.* At a) locis adductis nusquam peculiaris de concilio exstat mentio, sed de unoquoque amicorum conuentu; ideoque nimium probatura esset argumentatio, scilicet sine clericorum consensu nullum conuentum institui posse. b) In nomine Christi conuenire, ad internam procul dubio spectat conditionem, eoque indigitatur, omnia ad veram gloriam Dei instituenda esse, vt et in aeternitate iis gaudere queamus. c) Pontifex R. nullo modo est is, cui vniuersale ius competit; id enim arrogatum esse falsumque, dudum nostri luculentissime monstrarunt.

§. XXXI.

Ex conuocationis ipsa indole sequentia aduersarii depromunt argumenta. Ratiocinantur primo: *Si conuenit episcopis concilia particularia conuocare, Papae est indicere occumenica.* A. Verum est D prius,

est prius, E. et posterius. At 1) consequentia maioris admodum claudicat, si quidem falso pontificorum nititur dogmati Pontificem R. esse vniuersalem episcopum et ecclesiae caput integrae, quod ieiunis argumentis haec tenus nequidquam suffulserunt aduersarii. 2) Minor falsa est pariter. Episcopis minime, sed magistratui politico conuenit dominium in Clericos. Verum, si antiquis temporibus eiusmodi quoddam exercuerunt ex potestate imperatoris illud habuerunt (vti nostra sic dicta consistoria), quod pro nostra thesi pugnat potius: aut a Pontifice, falso dispensatore impetrarunt, quod principii est petitio. Deinde arguunt: *Pastores ob quibus congregari nequeunt, magistratus autem politicus ad oues pertinet, ergo clericos congregare non potest.* Haec vero obiectio sane admodum infirma est, dum 1) nulla comparatio aliquid probare potest, quam quoad in omnibus conuenit cum re comparata. Insta enim: oues non rogare ac commonere possunt pastores, ergo nec laicis adhortari licet. 2) Fallacia insuper latet in eo, quod non possint congregare. Oues non possunt facultate destituta, (at magistratus politicus omnino potest,) sed inde deriuant aduersarii, non esse eius iuris, quod toto differt caelo. 3) Potuerunt oues sic dictae congregare in V. Test. pastores (scil. Leuitas.) ergo et nunc poterunt. (vid. §. VI. VII.) Tertio ratiocinantur: *Concilium oecumenicum ab eo congregandum est, qui potestatem vniuersae habet ecclesiae, bac Imperator non gaudet, sed pontifex Romanus.* Respondemus vero: 1) Pontificem R. habere potestatem arrogatam quarundam et multarum prouinciarum largimur et dolemus. Haec vero nullius est pretii, origine scilicet diuina destituta. Multas tamen iam detestatae dudum sunt Pontificium dominium regiones, vt in ipsa eius ecclesia Gallicanae, et omnes reliquae, quae a Protestantibus coluntur, ideoque eos nec hodie conuocare posset. 2) Ponamus, quod tamen neutriquam concedimus, habere potestatem Papam, illa esset tamen spiritualis, minime autem politica, quae ad conuocacionem requiritur: 3) Quod vero ad imperatorem attinet, non obtinemus eum solum esse conuocatorem, sed eum praincipue pro tali veneramur, quippe qui cum aliis principibus facile de hoc conuenire potest. Primitis tamen temporibus id ne necessarium quidem fuit, dum imperatores saltem vtrique vniuersam christianam ecclesiam in potestate vere tenebant §. X. Interim hodie ob maximum in hac re dissemum non amplius expectandum erit vniuersale concilium.

§. XXXII.

§. XXXII.

Ex historia fere defumunt argumenta sequentia: I) *Non conuocauit magistratus politicus concilium hierosolymitanum, cui Petrus praesedit, erga nec debet alia conuocare.* Respondemus autem: a) Argumentum est Petrum direxisse concilium apostolicum; peculiarem enim adfuisse moderatorem non vero simile est, quippe tunc non necessarium, nisi, si vllus tali functus est munere, *Iacobus* qui confirmavit veritates Act. XV, 13. fuit. b) Ad magistratum politicum quod attinet, distinguiimus merito inter tempora ecclesiae pressas et liberae. Illis, imperatores ethnici christiane religioni fuerunt aduersarii; nec conuocatore huic synodo erat opus, quem de concelebranda eadem sponte inter se conuenissent omnes (§. XXVIII.). II) *Testimonia atque decreta Pontificum allegant, nec minus canonem, quem Bellarminus apostolicum contendit.* His addunt, quae refert *SOLOMENVS* l.c. lib. 6. c. 7. renunciisse huic iuri *Valentinianum, roganibus episcopit, ut congregaret concilium.* Sed non perpendunt aduersarii a) Pontifices videlicet in propria causa iudices decretis suis nihil aliud probare, quam quod hoc sibi arrogauerint, quod facile largimur. b) Huc etiam canon spurius et fictus referendus est, qui inter apostolicos nusquam reperiri haetenus potuit. c) *VALENTINIANVM errare potuisse Pontifici concedent, ut spero, ergo nihil eius efficit testimonium.* Quod si autem eiusmodi valeret argumentatio, inuerti posset argumentum, quippe quia ipsi fassi sunt episcopi, hoc ius competere Imperatori. III) *Synodus quaedam Constantinopolitana in Nicaeno II. concilio damnata est, quoniام abrue Pontificis consensi est conuocata. Ius etiam hoc vindicatum est eidem in concilio Romano III.* Haec vero argumentatio redit iterum 1) ad infallibilitatem conciliorum vniuersalium, quam nos negamus, minime vero vriique adducto tribui posse sentimus, videlicet haeretico. Vide infra (§. LVIII. seq.) 2) Ad arrogantium solam Papae romani, qua testatur ipse, hoc affectatum esse ius. Cur enim, si legitimum est, non damnauit plurima concilia vere oecumenica, quibus laepius ne interfuit quidem? (§. VIII. VIII.)

Huic controversiae duplex alia leuior coniuncta est, quae ex hac satis poterit dispungi. Primo obtinent aduersarii *praeisdem ecclesiasticum etiam necessario semper esse Papam, quod modo refutatis argumentis, additis quibusdam eiusdem indolis efficere conantur. vid. etiam (§. IX.) Deinde* vnuam idem per consequens conciliorum vniuersalium decretis nullo modo obstringatur.

tur, quae quaesito partim ad Pontificis infallibilitatem suppositam pertinet, partim vero, quatenus huc pertinet, ex praecedentibus satis poterit dispungi.

Reformatorum licet plurimi idem nobiscum sentiant de concilii oecumenicis, tamen ecclesiae nonnullae regimen ecclesiasticum ad clericos pertinere hosque magistratu politico non subesse contendunt. Hinc etiam non competeret ius conuocandi general. synodorum imperatori, qua propter reuolu monuerunt Arminiani, postliminio sic reduci dogmata pontificia.

§. XXXIII.

Altera lis, quae tanti ac praecedens minime est momenti *de Laicis admittendis* agit. Non autem quaeritur an necessario Laici et clerici inferioris ordinis adesse debent ad decidendas veritates; neque dispungimus, vtrumne episcopis plus tribuendum sit, ac reliquis, nec, vtrum homines stupidi ac penitus ignari sint admittendi, que omnia nostrates minime obtinent. Contra ea quaeritur, vtrumne Laicis, virtutibus sufficientibus non destitutis licet interesse synodis, et in primis oecumenicis (§. X. XI.) et dare suffragia, nec ne. Hoc aduersarii, nempe iterum Pontifici, illud nostri defendant. Sunt tamen etiam inter illos, qui aliter sentiunt et saltim multum hanc sententiam restringunt, quum e contrario alii etiam Presbyteros sic dictos abarcendos esse putent. Generatim autem hunc defendunt errore in BELARMINVS I. I. c. XV. de conciliis. BINIVS in Tom. Conciliorum cet. Ob arctum huius rei consensem cum absoluta clericorum auctoritate, quam obtrudunt laicis aduersarii, digna est, quae disputeretur hacc quaestio, licet alias tuto potuisse omitti.

§. XXXIV.

Breibus nunc potiora aduersariorum argumenta perpendamus. Primo ac praecipue defectum iurisdictionis Laicorum virgent, eosque non posse quemquam absoluere, nec damnare contendunt, ideoque nec interesse synodis. Confundunt autem exercitium clavis soluentis et ligantis cum examine dogmatum. Illud quidem proprio competit solidis clericis, licet tamen ecclesiae videlicet fundamento vniuersali miratur. Hoc vero nullo modo omnibus fidelibus non conuenit per (§. XI.) Quum enim vniuersam representant ecclesiam oecumenica concilia, in aprico est, cunctis licere eiusdem membris de credendis suffragia dare dogmatibus. Exemplum simile ius militare suppeditat, ubi ad examinanda facinora hominis etiam arcessuntur infimi gradus milites.

milites. Deinde ex historiâ multa concilia in aciem producere conantur, quibus non interfuisse laicos, testantur quidam scriptores, quorūsum et illos referunt, qui concilia episcoporum conuentus vocarunt. Respondemus a) opponendo plura concilia, quibus interfuerunt laici, et in his, quod tanti facere prae se ferunt Pontifici, praesertim apostolicum. (§. XI.) b) Frigida valet a factu, in primis Pontificiorum eae cuitentes laicos magna cum voluptate considerantium, ad ius diuinum consequentia. Satis est nostram opinionem correspondere sacris scripturis (l. c.). c) Plurimique scriptores quasi *ταῦτα εξεχόν* allegant clericos, negligentes alios, unde sit, quod autument perperam, conciliis illis non interfuisse laicos, quum tamen silentium nihil probare possit. Tertium plurimos laicos cognitione veritatum diuinarum destitutos, ad verbasciencia rudes, ideoque ad suffragia ferenda minus idoneos putant. At a) qui eruditii non satis et apti sunt merito vel nos excludendos esse putamus (§. XXXXIII.). b) Antiquis tamen temporibus non adeo stupidi fuerunt ac sentiunt aduersarii, nec hodie apud nostrates sunt. Si plurimos tales reprehendunt aduersarii in ecclesia romana, quod largimur, clericorum ipsorum culpa est, qui omnia iis subsidia, in primis vero sacros subripiunt pandectas. Temporibus saltem iis, vbi habita sunt concilia vere oecumenica longe cordatores fuere plerique laici, ac clerici Pontificiorum, qui ante reformationis tempora adeo stupidi fuerunt, ut dicere nos pudeat. Quartum obiciunt *sancitati conciliorum repugnare hominibus insimae fortis permitti, ea interpellare*. Haec autem non toleranda est nostrae opinionis detorsio, quam in figendo litis punto iam remouimus, et cui ex praecedentibus satis responderi potest.

§. XXXV.

Tertium de *norma modoque definitiendi dogmata in conciliis oecumenicis dimicandum* est. Non autem quaeritur, vtrum externus pandectarum sacrorum usus penitus necessarius sit, et annon sufficiat, omnia dogmata constituta correspondere sacris litteris, quorum hoc concedimus, illud autem non propugnamus. Nec detrahimus conciliis libertatem sermones *ορθόδοξους*, ad exprimenda quedam mysteria aut alias res difficiles, constituendi. Contra aduersarii dant, non licare conciliis theses defendere et confirmare sacrae scripturæ e regione contrarias, ita ut etiam sic fundamenti loci poni possit, ne sanctiones

D 3

eidem

eidem penitus repugnant. Vere autem dispungendum est, an Conciliis oecumenicis dogmata christianae religionis absolute definiendo noua constituere, aequo pie seruanda ac reliqua licet, an omnia ad fiduci fundamentalum referenda necessario ex sacra scriptura deriuanda sint, ut exakte eidem conueniant. Hoc nos, illud aduersarii, qui rursum Pontificii sunt, obtinent. Vid. *BELLARMINUM de Concil. c. XVIII.* l. III. *de Verbo Dei c. IV.* Error hie ex principio falso afflumto ducit originem, scilicet, quod imperfecta sit sacra scriptura et per ecclesiam supplenda. Concesso autem illo, concedendi essent multi alii, iisque grauissimi, qui ab aduersariis in quibusdam conciliis falso dictis oecumenicis primo sunt stabiliti.

Tamen si maximis haec lis est momenti, ad nos tamen nunc ea tantum ex parte pertinet, qua in concilia influit universalia. Argumenta ictice aduersariorum, quibus aliunde imperfetas sacras litteras proclamare conantur nunc non examinabimus, ea tantum paucis pessundatur, quae ex ipsa conciliariorum oecumenicorum indeole defucuntur.

§. XXXVI.

Ad corroborandam suam opinionem I) ita ratiocinantur aduersarii. Si multae christianaee religionis veritates ex sacra scriptura probari nequeunt, sed tamen ex conciliariorum uniuersalium decretis, sequitur illam horum normam esse non posse, sed in his absolute definitam. Verum est prius, ergo et posterius. Quanta vero huius argumenti est petitio principii? Id est, quod confutamus, dogmata in conciliis quibusdam (ab aduersariis oecumenicis dictis) non esse christiana, quia ex sacra scriptura non deriuari possunt. Licebit eodem iure haereticae cuidam factioni libros exarare turpissimis erroribus plenos, eosque a sacris litteris iudicandos non esse contendere, quoniam fine illis dogmata sua falsissima non demonstrare possunt. Concilia illa, quae oecumenicis falso adduntur sine scriptura iudicarunt, ideo, que merito reiciuntur. Ex prioribus autem, vere oecumenicis, dogma fundamentale ὡραῖον nullo modo potest deduci. II) Urgent, ipsa sacra folia docere, ad concilia confugienda esse in rebus dubiis et controuerfi, tam suo exemplo A&T XV. quam locis aliis March. XVIII, 17. Deut. XVII, 9. sqq. cet. Nos vero totum concedimus, salua nostra sententia, argumentum. Plane enim hinc non sequitur, quod augere dogmata sacrae scripturae possint vel debeant, quod saepius acerrime prohi-

prohibetur. Ad ecclesiam et ad pastores eius l. cit. amandatur propriè, quo vere referenda sunt concilia. Non autem id sit, ac si imperfecta esset sacra scripture sed ut pro illorum iudicio collato certius sensus sacrae scripturae, indagari, & de veritatis diuinis possit iudicari. III) Concilium apostolorum, cuius exemplo recte vuntur reliqua omnia, absolute definitas veritates sine vila disputatione, aut collatione decretorum cum litteris sacris. Resp. a) Quae si vera essent, quum tamen, quod sole meridiano clarissimum est, sint falsissima, nihil nobis officerent. Toto caelo a nostris clericis differunt viri θεόννευσοι, qui absolute definire potuissent sine erroris periculo. Ergo quod ad haec concilium hierosolymitanum nobis exemplo non debet esse. b) Citra villam veritatis speciem haec assentuntur. Non libertate visi sunt Apostoli qua poruisserint, ob infirmos, ne eorum conturbentur animi. Nonne aperte in memoriae prodit Lucas. Act. XV. magnam esse ortam συζητησιν, quae certe cum absoluta definitione neutriquam potest consistere. Saepius etiam prouocasse congregatos ad sacram scripturam indubie testantur v. 15. 19. 22. 28. (conf. §. XVIII). III) Praxin conciliorum sicut fauere putant sententiae, quippe in quibus patrum potius et praecedentium conciliorum decreta consuluerant episcoli, quam sacram scripturam. Resp. a) Plura adhuc concedimus si de falsis concilii oecumenicis loquuntur, haec nempe, vt saepius diximus, nullo modo aestimarent pandectas sacros, falsa dogmata confirmarunt, et absolute definierunt. Sed eam ipsam ob causam ea detectamur. b) Distinguendum probe est inter usum sacr. script. externum et internum (§. XVII.) De illo in veris conciliis oecumenicis non semper constat, licet admodum sit veri simile, nec eum neglegentur esse, quippe qui sat frequens erat apud antiquos, vel in convenientibus minoribus vbi disputationum est de veritatibus diuinis. De hoc vero satis constat, quod probauimus. (§. XVIII. §. XXXI-XXXV.) c) Si concilia, quod obtinent aduersari, praecedentia allegarunt concilia, aut patres, eo fine id factum est, quia eos cum sacra scripture convenientia docuisse dogmata sunt arbitrati, quod pro nobis non contra nos pugnat.

§. XXXVII.

Principias antitheses ad indolem conciliorum oecumenicorum spectantes haec tenus pessimum dedimus, progressuri nunc ad vindicandam

dam nostram de auctoritate sententiam, quae primo contra eos erit
tuenda, qui omnem auctoritatem conciliorum abrogant. Verum
non disputamus, utrum quedam concilia dogmata vera nonnulla san-
ixerint, quod aduersarii concedunt. Nec iidem corum decreta acci-
pere recusant, quod paginis sacris sunt consentanea, quod subdiae
vanaeque sunt latebrae. E contrario nec nos auctoritatem concilii
ocumenicis adscribimus erroribus plane immunem. Nec negamus
plures esse canones eorum, qui omnino non arte, potissimum autem
non amplius hodie obstringunt, vii de ritibus diuersis et instrumentis
sacris. Vere autem aduersarii contra nos defendant, auctoritatem pro-
ut a nobis docerur, nulli concilio esse tribuendam, (§. XXII. sq.) ideo-
que speciatim nulli synodo vniuersalem competere, ex quo sequitur,
etiam nullam ex definitione nostra (§. III.) vere appellandam esse oe-
cumenicam. Quod nos negamus. Aduersarii sicut genere maxime
sunt diuersi, sic etiam ex diuersis rationibus huic opinioni fuent, im-
mo etiam gradu differunt, dum quidam longe mitius sentire soleant.
Quidam ideo concilia vniuersalia reiciunt, quoniam ab iis errores, quos
fouent, iam olim damnati sunt, alii autem eam ob caussam, quia iis
displicer, cuique non libertatem dari credendi amplissimam, quo vni-
o nem seruari tamen putant christianis omnibus commendatam. Et
haec etiam ratio est, quare haec quaestio perscrutacione fusiore di-
gna videtur, scilicet, quoniam inde pender necessitas et libertas ecclie-
iae orthodoxae, ab heterodoxis normis quibusdam ac symbolis se-
distinguendi.

§. XXXVIII.

Qui cum nostris habent de re dimicant, potissimum ad recen-
tiora pertinent tempora. Vel *Ariani* iam ocumenica nostrorum re-
iecerunt concilia, ut et eorum posteriora *Nestoriani* et *Eutychiani*.
Hi tamen hue proprie non pertinent, quum ipsi concilia celebrarint,
iisque auctoritatem etiam tribuerint, vera autem modo ob dogmatum
reiecerint dissensum. Inter veros autem nostros aduersarios eminent
primo *SOCINI*, qui conciliorum decretis nullam aliam tribuen-
dam esse iudicant auctoritatem, ac cuiquam alii homini de scriptura
iudicanti. Vide *SOCINI Respon.* Andr. Volan. p. 222. Ostorod. p. I. c. 1.
Idem etiam obtinent *REMONSTRANTES*, qui tamen maximam sal-
tem partem longe mitius sentiunt, licet saepius iniuste soli et quasi

nat

κατ' ἐξοχὴν a quibusdam scriptoribus huius erroris incusentur. Negant enim dumtaxat hypothetice eorum utilitatem, satiusque esse existimant, nullum conuocari concilium, quia recte et pie numquam sint celebrata. Conf. eorum *Apologia c. XXV. p. 283.* *Limboreb. Instit. reg. Christ. p. 878. sq.* *ANABAPTISTAE ET QUACKERI* etiam infensissimos se hostes conciliorum praebent, vti etiam plurimi huius farinae *FANATICI*, in quibus prae aliis *WEIGELIUS* famosissimus elucer. Vide part. III. *Poßtill. p. 9.* *BROWNISTAE* ex quibus originem trahunt sic *ETI INDEPENDENTES* in Anglia potissimum vigentes etiam vim obligatricem negant conciliorum oecumenicorum: neque minus plurimi ex nostra ecclesia, qui *SYNCRETISTAE* vocati sunt, huic sententiae fauent. Singuli etiam plurimi ex diuersis coeribus huic opinioni sunt adstipulati. Sic *HORDESIVS* in *historia ecclesiastica* concilia vere oecumenica falso in multis accusare auder, dignus, quem acriter castiger, non cui album adiiciat calculum *B. THOMASIVS* in *bibliotheca sua* part. III. n. 2. Magna pariter vehementia eadem cauillatur haereticorum defensor oecumenicus *GOTTFR. ARNOLDVS* in der *Ketzerhistorie* p. I. c. IIII. §. VII. Huc etiam referendus est *EDELMANNVS*, nec minus *IOH. MICHAEL. de LOEN*, qui concilia oecumenica incusat, quod noua toti ecclesia obtrusserint dogmata, eaque censer plane reiicienda, quod sparsim fecit in operibus minoribus ecclesiasticis, in primis autem in *diatribe de vnitione inter nostrates et Reformatos suscipienda*.

§. XXXVIII.

Contra synodos sequentes emittuntur frameae, quas nunc retundere conabimur. Arguunt primo aduersarii: *Si conciliorum auctoritas tributa offici libertati filiorum Dei a Christo traditae et affluentiae Spiriti S. merito nulli adscribenda est vniuersalit. Verum est prius, ergo et posterius.* Maiorem concedimus propositionem, subiunctionem autem negamus, si vniuersaliter eam cupiunt accipi. Habita sunt quadam concilia, de quibus vere asserti potest minor, sed ea nos deteflamur, nec vniquam iis vniuersalem tribuimus auctoritatem. Eae vero synodi, quas nos oecumenicas vocamus, nullo modo nocent huic libertati, dummodo cauent aduersarii, ne eam latius ac fas est, extendant. Quae enim sanxerunt dogmata, nulla alia sunt, quam quae eriam sacrae litterae credenda proponunt, qui consensus sectio-ne priori satis demonstratus est. Si ergo officerent libertati Christianorum

norum concilia oecumenica, idem etiam de sacra scriptura praedicandum esset.

II. *Si scriptura per se satis est distincta, nec interpellatione egredi nec confirmatione, quum autem haec conciliorum sit finis, nullius aestimanda sunt.* Negamus autem consequentiam, quae a distinctis oraculis sacrarum literarum formatur. Tum demum valeret argumentatio, nisi depravatio animi humani multifariam erraret in illis explicandis, quod pro dolor! luce clarius est. Ideo itaque dogmatum diuinorum necessaria est confirmatio. Ad interpellationem praetensam autem quod attinet, haec nullo modo in conciliis vere oecumenicis poterit ostendi. Quae enim pro norma adhibuerunt folia sacra, quomodo potuerunt interpellare? Scrutari autem scripta *De cœnversa* ipse Christus praecepit, et defendere sanam doctrinam, partim suo exemplo Matth. VII, 21-27, partim vero Sp. S. per *Pauillum*. Hebr. II, 1, 2 Tim. VI, 20. III, 16. 2 Tim. I, 13. cet. Quid quod ipsi aduersarii (argumentum *Ostorodi* est) suos errores contra nos defendunt, ideoque idem faciunt ac nostri olim in conciliis; quod tamen reprehendunt.

III. *Ex silentio sacrarum paginarum infirmare utilitatem co-nantur aduersarii.* Consequentiam vero iterum vacillare in apricio est, quippe quae innumeris potest infringi instantiis. E. gr. nullibi diserte in sacra scriptura praecepitur veritates diuinas ordine systematico proponere, ergo nulla theologiae didacticae est utilitas. Diuino non opus est mandato peculiari ad omnes res, quae circumstant, spectante, in eiusmodi constitutionibus, quae ad ecclesiasticum dumtaxat spequant ordinem. Sufficit, adesse diuinum mandatum, quo tenemur contra hostes veritatis ipsam defendere, nosque ab illis se iungere, vbi humano relinquitur arbitrio, eligere facillimam methodum. Adde quod diximus (§. III.).

III. Argumentantur: *Quaecunque institutio ad dogmata credenda coget homines, improbanda est, atque indigna auctoritate.* Subsumunt de conciliis oecumenicis, eorumque vanitatem inde concludunt. At minorem nullo modo comprobare poterunt aduersarii. Nemo ad subscribendum in veris C. O. coactus est, quod satidum probat historia. Nec absolute aliquid definitum est, ita, ut heterodoxa opinio non sit ventilata, sed statim remota. Nihil reperimus, quod coactionem ad credendum præseferat, quum nihil aliud exequuta

cuta sint concilia oecumenica, quam quod praecipitur. Tit. I, 9. 1 Pet. V, 2. Matth. XXVIII, 19. cet. Sed si forsan etiam in eo ex praecipientia aliquid humani passi fuerint quidam in his synodis, de quo tamen disertum porrigi exemplum nullo modo potest, ob errorem eiusmodi tota utilitas infringi nequit, ad quam destruendam plura pertinent.

§. L.

V. Remonstrantes potissimum hoc urgunt argumentum: *Si docet experientia, plus mali, quam boni per concilia in ecclesiam redundasse, ob auctoritatem iis tributam, merito huic valedicendum erit.* Verum est prius, ergo et posterius. Licit adhuc in ipsa maioris consequentia recte quadam moneri debeant possintque, eam tamen nunc admittamus, respondentes a) probe distinguendo inter mala necessaria et accidentalia, quod hoc loco neglexerunt aduersarii. Si enim haec propria forent semper conciliis, ex eorum indole ut possint derivari, necessarium esset; quod nullo modo fieri potest. Quae verodamina fortuita infuerunt synodis vniuersalibus, etiam si plura fuissent, ac utilitates, nihil faciunt ad reiciendam eorum auctoritatem. Quae-nam foret argumentatio, si concluderes: si philosophia plus boni ac mali in singulis casibus efficit theologie, vhus illius penitus abrogandus erit? Verum testatur prius esse Origenis exemplum, ergo posterius etiam veritati consentaneum est. b) Negamus tamen, quamlibet intelligantur mala fortuita, minorem. Multae fuerunt utilitates in synodis oecumenicis, quas ideo non recte perspicimus, quia, quid, nisi celebratae essent, consecutum esset, nos fugit. In aprico sunt tamen plurimae, vti confirmatorum et vacillantium, remorae haereticis positae, normae credendorum ac symbola in iis exarata. Mala etiam accidentalia nullo modo comparanda sunt cum periculo, quod seiuunt illis imminet ecclesiae.

VI. Per vniuersalia concilia haereticus nunquam fere est conuersus, ideoque vera eorum utilitas nulla est, ad praecedens argumentum corroborandum pertinet. Respondemus 1) per instantiam: Metaphysicis argumentis de existentia Dei nunquam conuincitur Athetus morosus, quod docent Philosophi; ergo iis valedicendum erit. 2) Quum omnis in fide error voluntatem supponat (aliquo modo) depravatam, patet ratio cur tam difficile sit conuerti haereticum. Qui etiam in aliis errat scientiis, raro melius edocetur. Vere tamen qui-

dam sunt conuersi per concilia oecumenica, saltem remotiori modo, quod historia docet, quamvis id ad vindicandam auctoritatem haud requiratur. 3) Ut conuertantur haeretici finis quidem esse potest conciliorum, minime tamen vnicus, nec vlo modo proprius, ita ut hie ne quidem a congregantibus sit exspectatus. Verum et primarium exposuimus (§. XVIII.).

VII. Arguunt: *Si provocatio factiorum quarundam christiana religionis ad concilia vniuersalia sic dicta, unioni officit in sacris litteris nobis inculcateae, merito infringenda est praetensa auctoritas.* Verum est illud, ergo et hoc. At negamus minorem. Vno, prout eam commandant sacri pandectae, non autem, qualem falso fibi figurant aduersarii, nullo modo turbatur per hanc auctoritatem. Vnioni enim studendum est, sed simili veritati, ne haec ita capiat detrimentum. Si enim omnes in tellure vitam degentes homines vniri in credendo cupiant, abrogent modo sacras litteras et omnem fidem tollant. Verum enim vero eorum, qui dogmatum existant auctores erroneorum, nobis interdicitur communio. Ioh. XV, 6. Tit. III, 10. 2 Ioh. X. ceterum.

Speciation ad aduersariorum argumenta possunt referri, quae hiorum symbolis solent obiciere, ob auctoritatem quam nos concilii oecumenicis *symbolicam* ascribimus. Haec fere adductis admodum sunt affinia, aut vel haec eadem complectuntur. Interim prolix et doctissime ea refutata offendet L. B. in *VINDICHS librorum symbolicorum* ab auctore doctissimo a. vv. SCHIVAR. ze sub moderamine S. V. PRAESIDIIS defensis.

§. LI.

Opinio*ni* haec tenus confutatae e regione oppositam nunc aggreditur, qua concilia oecumenicas *auctoritas* tribuitur nulli errori obnoxia. Ad punctum controversum distinctius perspiciendo, namine non dispungi, a) an omnino habeant auctoritatem, quam nos minime negamus, licet aduersarii fingant contrarium. (§. XXVIII. Sch.) b) Vtrum concilia vere oecumenica in dogmate fundamentali actu non errant, quod etiam concedimus (§. XXVIII. XXIII.). c) An etiam concilia particularia sint infallibilia, quod quidam affirmant aduersarii, plurimi autem negant, nostrum autem nunc non est disquirere. d) An concilia vniuersalia ante Pontificis Romani confirmationem potuerint errare, quod fatentur aduersarii, non tamen omnes. **BELLARM.**

I.C.

I. c. de concil. l. II. c. II. Vere autem quaeritur, vtrum synodus oecumenicus tribuenda sit dumtaxat respectiva ad sacras litteras auctoritas, an omnino nec in fide, nec in aliis rebus errare poruerint ob Pontificis Romani confirmationem. Hoc eius asseclas, illud defendunt nostrates. Videatur **BELLARMINVS** I. c. **MELCHIOR CANVS** lib. V. c. V. **EDM. RICHERIVS** I. c. p. III. p. 384-387. Vbi adhuc notandum, ecclesiam gallicanam conciliis uniuersalibus infallibilitatem internam tribuere, confirmationem autem Pontificis nihil facere. Hunc integrum errorem ideo non parui aestimandum esse, quia officit sacrarum litterarum auctoritati, Romanum pontificem pro ecclesiae summo iudice venditat, libertatique ipsius ecclesiae repugnat, in aprico est.

§. LII.

Antequam ad ipsam argumentorum solutionem progrediamur, duo praemonenda videntur esse. *Vnum* est, quod maxime sit haec lis coniuncta cum ea, quae de norma agit (§. XXXXV.), et quod saltet eadem tela aduersarii etiam contra hanc emitant, ut nimirum dogmata heterodoxa conciliorum duodecim ipsis oecumenicorum, sic generali eorum infallibilitate possint tueri. Haec argumenta non reiterabimus, ea nunc examinatur, quae directe ad tuendam infallibilitatem spectant. *Alterum* generatim ad argumenta spectat aduersariorum. Quae enim mox recensebimus, si admitti possent, efficerent, per se infallibilia esse concilia oecumenica, quod ipsi aduersarii, exceptis Gallianis, non admittunt. (§. praeced.) Hinc sequitur aut inutilem esse confirmationem Pontificis, si per se nulli obnoxia sunt errori, aut si etiam id pro aduersariorum confessione accipiamus, inauditum dogma demonstrauerint, errores a Pontifice confirmatos in veritatem quasi transmutari.

§. LIII.

Argumentantur autem aduersarii I. Ecclesia uniuersalis errare non potest, quam quum repreäsentent uniuersalia concilia, ut infallibilia sint, necesse est. At a) syllogismus quatuor admittit terminos, nec a repreäsentare ad esse illo modo valer consequentia. Arguamus enim: Legatus repreäsentat principem, ergo omnes huius quoque virtutes ipsi sunt tribuendae. b) Ecclesia vere uniuersalis eaque inuisibilis ea ratione non in fide errat, quia semper credit et docet sacrarum litterarum conuenientia. Probandum erit itaque prius, romanam ecclesiam vere

vniuersalem esse, omniaque membra conciliorum vere ad illam pertinuisse, et tamen, si vñquam hoc fieri possit, nihil aliud sequeretur, quam concilia vere oecumenica aetü non errasse, quod restrictum concedimus (§. XXVIII.). II. Si infallibilis est Pontifex Romanus, qui confirmat concilia oecumenica, sequitur ea ipsa esse infallibilia. At verum est primum, ergo verum et extrellum. Hoc vero est falso dōgma falsissimo suffulcire. Infallibilitas Romani Pontificis futilibus admodum nititur fundamentis. (§. XXV.) Evidentissime id confutare possemus, nisi prohiberent et finis et cancelli commentationis. III. Ad absurdum nostram sententiam deducere conantur, eo, quod *si fallibilia essent vñinter salia concilia, nullum in ecclesia firmum maneret iudicium.* Respondemus autem a) *nat' d' ḡoroz:* Pontificem Romanum per se firmum iudicium ferre nequire, sic ipsi concedere coguntur aduersarii, quod cupimus. b) Nos autem habemus verbum propheticum firmius, ac vñquam sunt omnes constitutiones humanae, scilicet litteras sacras, quippe quae hominibus non occaecatis vituperanda cupidine, satis distincta de omnibus fidei articulis exhibent testimonia. Nec aliud potest debetque esse iudicium absolutum. Omnes enim veritates sanctissimae nostrae religionis vniice nirtuntur sacris litteris, ergo respectu aut iis conuenienter dumtaxat iudicare licet, vt fecerunt concilia vere oecumenica. c) Nec in philosophia, nec in sanctiore de Christo doctrina, nec in vlla alia scientia iudicij humani auctoritatem agnoscimus, ad decidendas veritates. Non vt in aliorum verba iuremus, creati sumus. IIII. Allegant patres, qui concilia oecumenica ultima refugia appellarent; potius moriendum, quam ab eorum decretis recidendum esse; in iis acquiescendum, dixerunt, indeque concludunt pro infallibilibus ab iis quod sint habita. Verum, licet Patres nullo modo pro comprobanda doctrina allegari possint, in hoc eorum accipiamus sententias, vbi nil falsi docuerunt. Plane autem nos haec non pungit obiectio, si quidem haec effata omnia, et alia plura minime infallibilitatem efficiant, sed dumtaxat designant auctoritatem respectuum, prout etiam nos eam accipimus.

§. LIII.

Porro ad sufficiendam suam sententiam abutuntur quibusdam oraculis diuinis. Primo nempe Act. XV, 28. vbi concludunt ab *insti-*
tutione spiritus sancti in concilio apostolico indubia ad infallibilitatem
aliorum

aliorum, et in primis oecumenicorum. At a) quomodo efficient spiritum sanctum eodem modo adfuisse alii synodis, quo adfuit viris Deo*n*reverentia*s**? Nullo modo mediata eius praesentia ostendi poterit, quod etiam ex effectu patet. Non enim, qui in his suffragia dede-
runt adeo sapientes minime ipsi infallibilis fuerunt. b) Alias concedunt Pontifici ante Papae confirmationem errare posse con-
cilia vniuersalia. Nonne itaque haec plus, ac debebat, probatura es-
ser argumentatio? Deinde proferunt dictum: *Vbi duo vel tres in meo
nomine conueniunt, ibi sum in medio eorum.* Matth. XVIII, 20. atque
ex hac diuina praesentia deriuant infallibilitatem. Respondemus ve-
ro: a) Nihil sane hoc dictum efficit, quia plura demonstrat, ac ipsi
concedent aduersarii. Sic enim quicunque, et vel trium hominum
conuentus de rebus diuinis disputationum, nulli erit obnoxius errori. Et
qui usui runc erit Pontificis confirmatio? Nulli sane! Addamus, quod
vel haec praesentia Christi vnicuique regenerato promissa sit Esaiac
XLIII, 2. In aprico itaque est, quam frigida praeuersa sit consequen-
tia, a gubernatione diuina ad infallibilitatem. b) Magis hoc elucet ex
resolutione huius conclusionis. Ab homine dependet nimurum, v-
trum veros huius praesentiae velit capere fructus, nec ne. Si eius-
modi indolis esset qua voluntas, qua intellectus humanus, vt rite gu-
bernationis diuinae effectum promouere possit, speranda esset infalli-
bilitas. Illud autem ob corruptam hominum conditionem, nemini
fas est exspectare. Ergo nec hoc. Tertio ex Hebr. XIII, 3. iure sibi
colligere videntur, *Deum nobis iudices infallibiles commendasse, scilicet episcopos, ergo et hoc in primis ad concilia oecumenica referendum putant esse.* At nullo modo erui potest, eam ob caussam erroribus
vacuos esse episcopos, quia Deus audiri iubet eosdem. Alias enim et
saecularia iudicia infallibilia forent; quippe ad quae etiam configuden-
dum est ex diuino mandato in caussis gerendis. Rom. XIII, 1. Tit.
III, 1. cert. Eam ob caussam ad sacerdotes amandamur, quia eorum
est, magis in ima totius christiana*e*re*lig*ion*i*s**** penetrare, ideoque ab iis
exspectandum est certius de rebus diuinis iudicium, si ad sacra gerenda
modo non sint inepti. Hinc nullo modo inde deriuari potest in-
fallibilitas.***

§. LV.

Iam demum de vero numero conciliorum vniuersalium differen-
tientes perscrutandae sunt opiniones. Non diu elaborandum erit in
limi-

limitanda hac lite. Facile enim appareat non agi, vtrumne, si latius sumeretur denominatio oecumenici, vt etiam alias solet (§. III. Schol.) aliis etiam posset tribui concilii, sed potius inquirendum esse, quorumnam conciliorum indeoles ita sit comparata, vt eorum auctoritas ad totam pertineat ecclesiam, vtrumne numerus senarius a nobis positus sit mutandus, quod yltimum proprie obtinent aduersarii. Quia confirmatio dogmatum diuersorum nititur concilii diuersis, ideo digna est, quae accuratius disquiratur, controvenerit.

§. LVI.

Ob diuersa christianorum genera haec lis multiplex est, quum eorum quilibet coetus de hoc numero fouere soleat sententiam dogmatibus suis maxime consentaneam. Recedunt autem a nostratum sententia 1) *Pontifici*, qui ad ea sex praedieta duodecim adhuc addunt, *Nicenam II.* nimur et *Constantinopolitanum IIII.*, *Lateranensia*, *quinque*, *Lugdunensia* duo, *Viennense*, *Florentinum*, *Tridentinum*. 2) *Gallicana* autem ecclesia itidem plerumque octodecim admittit, licet posterioribus fere omnibus non multum auctoritatis tribuat. Addit autem *Basileensem* ac *Constantiensem*, reiectis *Florentinum* atque *Tridentinum*. 3) Numerat octo graeca ecclesia, ad nostra sex addens *Constantinopolitanum IIII.* et *Florentinum*. 4) *Nestoriani* duo, *Eusebiani tria*, *Monotheletae* quatuor priora tantum recipient. De singulis sigillatim dicemus.

§. LVII.

Quod itaque primo ad concilia duodecim attinet, quae oecumenicis addunt *PONTIFICI*, multum eorum interest, πνξ καὶ λόγις eadē defendere, vt fucum scilicet aliquo modo erroribus suis grauissimis possint inducere. (§. XXXVI. Obiect. I.) Quum autem supra probauerimus, primum esse concilii oecumenici criterium, vt exāete sacris litteris corresponeat, hunc in modum optime refelli poterunt, adiunctis reliquis characteribus. (§. XXI.) Quum vero finis noster nos breuissimos cogar esse, ad vanitatem dogmatum quod attrinet, ad maiora nostratum systemata B. L. amandamus, quum nos modo pauca de iis efferre possimus. Generatim autem adhuc de maxima parte notamus, quod ea Papa indixerit et confirmauerit, non autem magistratus politicus, scilicet legitimus confirmator; quod tamen prius erit et demonstrauimus et vindicauimus. (§. V, sq. §. XXX, sqq.)

§. LVIII.

§. LVII.

Septimum itaque ac octauum concilium Pontificis oecumenicum est NICAENVM II atque CONSTANTINOPOLITANVM IIII. Veris autem utrumque caret criteriis. Quamlibet enim indixisset imperator, omnem tamen sibi Pontifex arrogauit potestatem, ita ut praesertim ad hoc eos ne quidem admirtere passus sit, qui in eius verbo iurare noluerunt. Nec sententiae liberae fuere, nec data suffragia, si quidem absolute mandando omnia effecit romanus episcopus. Dogma in utroque confirmatum sacrae scripturae penitus contrariatur, scilicet *euangelica*, siquidem illa omnes preces ad Deum non missas auferuntur. Rom. X, 14. Matth. IV, 10. Auxerunt insuper dissidia haec concilia, leuite errantes in errore confirmarunt, vnde nunc euasit maximus. Merito ergo haec duo concilia, ut vere oecumenica, non veneramur.

Multum in eo laborant etiam Pontifices, ut efficiant synodus Sardicensis a. 347^o habitans, videlicet appendicem ad oecumenicam primam referendam esse, id eo praesertim, quod in utroque confutata sit Ariana haeresis. Vide de hoc RICHERI C. P. I. p. 94, quippe qui huius sententiae in aprico ponit vanitatem.

§. LVIII.

Excipiunt haec LATERANENSIA quatuor concilia ab aduersariis huc relata, quorum primum a. f. s. M^{CM}C^{VIII} ad concordiam inter pontificem et imperatorem restituendum habitum est. Quae, quam res sit ad salutem minime faciens, nec quicquam digni, ut taceam, orthodoxi sit constitutum, nec concilium ullo modo confirmatum sed dimisum post duodecim dies, nullo modo vniuersalisignum est denominatione. Alterum contra Antipontifices ab Innocentio II Pontifice a. o. f. M^{CM}XXXVIII conuocatum est, ob confirmationem capitis ecclesiae visibilis heterodoxum, ob schisma papale maxime scandalosum, ideoque nullo modo oecumenicum. Tertium a. C. M^{CL}LXXVIII a solo Pontifice Alexandro III indictum, nihil digni constituit, quam modum eligendorum pontificum, ritusque ecclesiasticos plures, ac quedam dogmata contra Waldenses, quae non ad veram eccepsiam sed ad coetum folummodo Antichristianum pertinent. Quartum a. C. M^{CC}XV a solo iterum Pontifice Innocentio conuocatum est, et abominandum de transubstantiatione dogma primum stabiliuit, cuius falsitatem qua-
F na ra-

na ratio, qua scripturae sacrae perhibent. Merito ergo, ut ex dictis elucet, hanc quatuor concilia reicimus.

§. LX.

Sequuntur duo LVGDVNENSIA, quorum unum a. C. MCCCXXXV est concelebratum, in quo conuocator Innocentius IIII damnauit Fridericum II, quoniam ipsi se nolebat subiicare: idque causa fuit gravissima. Haec autem nec erat de fide, nec iuste decidebatur, ideoque nullo modo oecumenica digna est auctoritate sanctio. Alterum praecipue ad rediuidiendam ecclesiam cum graeca romanam anno Chr. MCCCXXIII. conuocatum est. Res sane concilio digna vniuersali! Attamen, quamuis imperator Michael ipse interfuisset concilio, sequenti vnioni restituenda studere velle vouliset, nihil posthac inde proficicepit, quum scilicet Romani, falsis dogmatibus praeconecti et occaecati nollent ullo modo cedere. Sic nec veritates controuersiae sunt examinatae, nec effectus fuit ecclesiae salutaris, nec ideo pro oecumenico venerandum est concilium.

§. LXI.

VIENNENSE concilium a. C. MCCCXI. habitum pariter hoc refreunt Pontificii, contra Philippum Galliae Regem, qui Clementem V. e sede sua expulerat. Deinde quoque consilia de recuperanda terra sancta inierunt. Dulcinistae, Beguni, Beguardi, quorum illi libidini inhaerebant sub specie charitatis, isti hique *duariorum diaconorum* in hac vita obtinebant, damnavi sunt absolute definiendo; non vero ex sacra scriptura. Primariae autem causae minime ad verum Dei cultum pertinent; decisiones etiam pessimum animum Pontificis R. produnt. Nihil itaque, quod totam obstringat ecclesiam, in hoc inest concilio. Hanc excipit synodus, alia A. R. S. MCCCCXXXVIII. Ferrarae inchoata, FLORENTIAE celebrata. Ad hanc *unitionis tentationis* causa venerunt etiam Graeci, tunc declarantes, se tantum concilia septem pro oecumenicis agnoscere. Opera de reconcilianda utraque ecclesia fuit frustranea. De cetero dogmata plurima in scripturis non fundata stabilita sunt, aut saltem confirmata, scilicet Pontificis primatus, Purgatorium, necessitas panis fermentati in saeculis epulis. Pari modo canon de apocryphis et septem sacramentis est sanctus. Non itaque opus est inquirere cetera criteria, quum grauissimo destituantur hoc concilium. Idem de Lateranensi V. ab

a. C.

a. C. MDXII usque ad MDXVII protracto dicendum erit. Nolente papa Iulio II ad reformatos ritus congregare concilium, freri auctoritate caesarea conuenierunt Pisae purparati. Accusarunt Romanum Pontificem, et Mediolani eum penitus suspendendum putarunt. Coactus tandem ille Romae congregauit synodum, irrita declarauit pisanae synodi decreta, et noua quaedam, licet nullius momenti fuerint, de moribus emendandis tulit. Hoc autem concilium neque indicum est a Caesare, neque doctrinam fundamentaliter confirmauit, nec fere ritus viriles; nec ex sacra scriptura, sed ex conjectura et decreto Pontificali omnia gesta sunt. Minime igitur hoc veneramur concilium.

§. LXII.

Nunc tandem ad ultimum Pontificiorum concilium oecumenicum pedem mouemus, utpote TRIDENTINUM a. C. MXXXXV incepit, et XVIII annos protractum. Qui eius auctoritatem fusius confutarunt multi in ecclesia nostra fuere e. gr. HÜLSEMANNVS manual. Disp. XVIII. I. A. SCHERLER. Systemate theolog. LXXV. pag. 677. sqq. CHEMNITIVS in examine concil. Tridentini. Die stattliche Ausführung Principum augustanae confessioni succenturiantium, et plerique scriptores Antipontifici. Nobis pro instituti ratione pauca sufficiat monuisse. Primo solus hoc concilium indixit Pontifex Romanus, qui tunc temporis insuper accusatus erat, nulloque modo suam causam poterat decidere. Absolute idem definiit omnia, aut si vota collegit, ea tamen flocci penitus habuit, quae contra eum sunt retorta. Pro norma minime sacra scriptura est agnita, cui maxima pars sancitorum canonum e regione contrariatur, quod ex solis verbis Petri allegatis docuit IOH. FRIEDR. MAYER in Petro Antipapista. Ex integris prouinciis ne quidem adfuerunt episcopi. E tota Germania, in qua tamen synodus celebrata est, adfuerunt duo, ex Anglia, Vngaria, Polonia similiter dumtaxat unus vel duo. Ex protestantibus pauci et sero, nec eorum audita sunt suffragia. Haec omnia, licet paucissima adduxerimus satis restantur, quam vana sit oecumenici denominatio huic concilio tributa.

Pontifici nobis ipsis id oneri ducere conantur, quod nosfrates non interfuerint concilio, quum iis sub fallo conductu tamen illud sit indicum. At hoc ridiculum est. Vestigia nostros terrebant. Qui haereticis fidem feruandam

esse negat, quis illius verbis eam adhibebit, si ab illo pro vere tali habetur? Re vera tamen nostratum quidam affuerit scilicet, e. gr. Württembergensis et alii incassum. Eventus satis docuit, nihil aliud voluisse Pontificem, quam absolute definiendo obscurare lucem euangeli, nosrosque sibi redunare.

§. LXIII.

Ab hac sententia hactenus examinata recedit **GALLICANA ecclesia**, ut iam diximus. Reicit nempe **C. FLORENTINVM AC TRIDENTINVM**, ita tamen, ut modo flocci declarerit constitutiones eorum in iure ecclesiastico, quum in dogmatibus libenter eamdem infest tibiam. Lites inter Pontificem et Gallorum regem saepe notae de **inuestitura episcoporum**, aliaeque huic coniunctae huius dissensus causa sunt, in virtu quoque illo concilio in Pontificis Romani gratiam decisae. Hinc etiam Gallici eorum loco, videlicet oecumenica substituunt **CONSTANTIENSE AC BASILEENSE**, quae vero pari modo inuisissima reliquis sunt pontificis. Illud enim a Sigismundo a. C. MCCCCXV convocatum schisma papale abominandum sustulit, tresque simul depositum pontifices. Pontificem concilio oecumenico subiectum esse, et canonibus constituit, erat, ut modo docuimus, replete comprobavit, quo illi tamen nihil intolerabilius. (§. XXXII. Schol. I.) Praesides etiam ecclesiasticos sibi singulare elegerunt nationes, indulgente Caesare, quod iterum stomachum Pontifici mouit. Simili modo **Basileense** anno Chr. MCCCCXXI celebratum, haec dogmata confirmauit, et damnauit, qui alia essent doctrina. **Eugenium** depositum, **Felicique V** papatum contulit. In aprico est, si noris ecclesiae gallicanae indolem, quantum pro ea faciant haec duo concilia, quapropter etiam a reliquis Pontificis, sub praetextu, quod Papa ea non indixerit, pro oecumenicis non agnoscantur, licet dogmatibus contra **Hussitas** constitutis scilicet in primis **κυλικολεψίᾳ** facile calculum adiuvant.

§. LXIV.

Quilibet autem haec duo concilia congregauit magistratus politicus, non tamen pro oecumenicis veneranda sunt. Ad viuum enim si resecamus rationem, quare sint instituta, et cetera indagamus criteria, quantum ab hac absint auctoritate, clarescit. Pontificatus Romani dogma est **αὐτοψίας**, abominandum potius, quam ad latum

Iudem christianae religionis referendum. Et licet utrumque concilium aliquo modo Pontificis refrenare potestatē sit conatum, tamen ipsi reliquit amplissimam. Quod vero ad alteram partem attinet, damnati sunt veritatis testes IOH. WICLEF. IOH. HUSSIVS, et ὁμόδοξος HIERON. PRAGENSIS, et ex omnibus facile apparet, contra scripturas sacras esse disputatum. Perfidum etiam fuit Constantienē, haereticis fidem seruandam esse negans, qua in re ne erthnicus quidem probus eius constituta accipiter, ut taceam vera christiana ecclesia.

§. LXV.

Venimus nunc ad ecclesiam GRAECAM, de qua pauca sufficere poterunt. Sex priora concilia nobiscum pro oecumenicis venerantur, usque addit duo, CONSTANTINOPOLITANVM IIII, et FLORENTINVM. De illo notandum est, quod hoc nomine synodus quamdam admodum infrequentem Nicaenae II. oppositam indigitarint, eamque pro oecumenica sint venerati. Hanc vero denominationem ipsi posthac dimiserunt, ei nunc pro tali habent eam, quae a. C. DCCLXVI Constantinopoli habita est, quam etiam sic appellant Pontifici. Florentino concilio multi ex greca interfuerunt ecclesia, ideoque illud oecumenicum vocarunt, Icer sanctiones eius atque dogmata minime obseruent, quum tentata unitio nullo modo sit perfecta. Acceperunt potius eo fine hoc concilium, ut ex prouinciis occidentalibus quoddam contra Saracenos nanciscerentur subsidium. Cur autem his duabus conciliis auctoritatem denegamus, supra (§. LVIII. LXI.) iam diximus.

§. LXVI.

De NESTORIANORVM, EUTYCHIANORVM ac MONOTHELETARVM coetibus pauca dicenda restant. *Iui*, quorum patriarcha hodie adhuc sedet in vrbe Moful (sive Moniful) ad Tigrim in Mesopotamia, duo tantum priora recipiunt concilia oecumenica, quum in tertio iam damnati sint. *Isti* vero, qui hodie Iacobitae vocantur, quorumque Patriarcha Caraemid (olim Amidae) residerit, tria assumunt priora, reliqua eamdem ob caussam reprobantes. Vtrique tamen, qui penitus etiam omnia Pontificiorum dogmata falsa improbant, hodie longe minus sentiunt, ut iam illa de conciliis controversia vna euaserit grauisima. Interim Ephestinum II. concilium ab Eutychianis, ad quod cōgendū per adulatores moverunt Theodosium II, olim oecumenicum

quar-

46 *Dissert. de indeole, auctoritate numeroque conciliorum etc.*

quartum vocatum est, quod tamen nullo modo confirmatum, sed ante decisionem dirutum. Ad Monotheletas quod attinet, quippe qui in oriente vel hodie passim reperiuntur, hi quatuor priora etiam admittunt, quum scilicet quintum et sextum potissimum sit contra eos testatum. De his contendit cum his aduersariis non potest, nisi examinando eorum errores, (in conciliis oecumenicis, quae rejiciunt, confutatos) ex sacris scripturis, quod merito relinquendum erit Theologis didacticis. Concilia interim, quae hi reprobant christiani, vere oecumenica esse, supra ostensum est. (§. XXXI. lqq.)

§. LXVII.

Fuere haec, quae de synodorum oecumenicorum indeole, auctoritate et numero ex consilio V. S. V. P R A E S I D I S , Patroni ac praeceptoris supra omnes laudes positi, a nobis autem pietate immortali suscipiendo, differenda esse putauimus. Lata sane atque ampla nobis dicendi patuit area, sed quos potuimus, archissimos nobis praescribere voluimus cancellos, sapienti tamen satisfecisse credimus.

Iam vero DEO T. O. M. adjutori dignas in corde litamus gratias,

L. B. de meliori operam nostram commendamus,
imponentes huic dissertationi

F I N E M .

ERRORES TYPOTHETAE POTIORES.

- P. 16. lin. 10. pro ex lege ea. Ibid. lin. 16. lege D E Y L I N G I V S .
P. 21. lin. vlt. lege defensor erat. P. 22. lin. 22. lege peregrisse.
P. 26. lin. 2. lege dogmate. P. 28. lin. 32. lege ecclesia.
P. 40. lin. 32. lege nostratum.



AESTV-

AESTVMATISSIMO RESPONDENTI

SAL. PLVR. DIC.

P R A E S E S .

Quo pauciores rarioresque habeo tirociniorum publice ponendo-
rum candidatos, qui argumenta historica vel ex indice meo do-
ctrinorum opportune disputandarum desumpta, vel aliunde comperta in-
dustriæ suæ scribendisque speciminiibus designant: eo gratius mihi ac-
ceptiusque fuit confilium, quod cepisti, periclitandi vires TVAS in ar-
gumento quarto appendicis, qua memoratum antea indicem auxi, sine
formidine laborum ad illius vel medicorem et succinctam perraetatio-
nem exantlandorum. Quam ob rem neque factae a TE optioni refras-
gari, neque in approbando vel conspectu rerum scribendarum, vel ipso
met scripto difficilem censorem agere, neque praeter confilia coram
communicata TVORVM quidquam retractare volui; multo minus au-
tem nimia ope et opera mea efficere, ut laudabile dexteritatis documen-
tum TVVM esse desineret, ab alienationis saltē accessionumque pere-
grinarum suspicionem faceret. Nam vt, quod res est, fatear et libere
sententiam dicam, laudi potius quam vituperationi TIBI futuram, bene
multa non solum aliter et narraturus et dijudicaturus et confirmaturus
fuissem, verum etiam alia disputaturus si in eodem argomento elabo-
randum habuisse. Prius nemini obscurum erit, qui vel vnius brevia-
rii mei historiae christiana germanice scripti §§. 63, 182, 226, 259, 270,
305, 347 et 355 cum illis conferre voluerit, quae a TE et alios auctores
fecuto de singulis fere conciliis oecumenicis perhibentur, quinto in pri-
mis, condemnatisque ab eodem tribus capitulis; vel commentatorem
meam de libertatibus ecclesiæ gallicanae perlustrare. Posterius ut ap-
pareat, breuem censem agam et doctrinarum non incommodè in hoc
argomento disceptando commemorandarum et utilitatum, quibus ac-
commodari potuisset. Pertinet eo et nexus ecclesiæ visibilis cum re-
publica, cui semper paruit; et obligatio magistratus supremi sequendi
in dirimendis litibus sacræ coniunctionem plurium ecclesiæ membro-
rum, de doctrina diuinitus reuelata, attemperandique leges et ordina-
tiones ecclesiasticas utilitati publicae tam ecclesiæ quam ciuitatis; et ne-
cessitas confessionum publicarum, normarumque doctrinae ab unico
creddendi principio pendentium; et origo iuri canonici vetustioris; et
insigne illius discrimen a recentiore seu pontificio; et euersio erroris
grauiissimi de auctoritate ecclesiæ absoluta si vel maxime concilii oecu-
menicis vindicaretur, iisque pontificis auctoritas submittetur, ipsa eu-
dencia dissensionum, quibus tam orientalis ecclesiæ coetus diuersi atque

maior illius pars orthodoxa dicta ab occidentalibus, quam huius insignis
portio gallicana a reliqua multitudine dissident, in ipsomet constitendo
illorum numero, nunquam finiendarum sine examine singulorum ad
scripturam sacram instituendo; et gallicanæ denique sententiae ratio-
nes de codice canonum ecclesiae vniuersalis, ligataque per hos cano-
nes pontificis auctoritate. Verum ut haec postrema et his simili tra-
etari non potuerint in disputatione a libro distincta, sine praeteritione
aliarum rerum scitu magis, aequa saltem, necessariarum, quibus caussæ,
quæ agis, arcem affatim communiuisti; illa vero nihil a me immutata
funt, quod et opinabili pleraque sunt, et doctrinam sanctiorem neutri
quam tangunt, atque ut appareat, quam facilis sit in ferendo aliorum
dissensu in primis incogitato: ita neutrūm tibi fraudi erit vel apud le-
ctores, quibus indubium reddet, soli tibi deberi quidquid hic comparet
doctrinarum neque rūlo destitutarum neque cuiusvis perspectivum, vel in
conflicto solemini, quem tibi, ut par est, secundum praefabo, si opus esse
videbitur. Venio nunc ad alia de TEMET ipso scribenda, ut tibi non
magis quam aliis testatum faciam et quanti a me fias et cur tibi velim
magnopere. Tria potissimum sunt, quae me impulerunt ad te non di-
ligendum duntaxat sed amandum et in carissimis habendum. Primas in
illis partes sibi vindicat paterna et auita familiaritas et singularis amici-
tia haereditario iure ad posteros transmittenda, vna cum gentis TVAR
amplissimæ recordatione, qua cum paucis norim nominum amicissimo-
rum copia conferendas. Accessit ingenium, quod a natura DEI benefi-
cio habes ad litteras eximiū, TVORVM cura propriaque industria insig-
niter cultum, atque domi et Bergae ita formatum est instruō, ut bonarum litterarum,
lectionis, dexteritatis et apparatus ad doctrinam plus hic attuleris, quam alii ex
academiis reportare satagunt. Cumulum tandem attulisti ad meum in te amorem
hac ipsa disputatione TVA, qua opportunitate et efficitur ut intelligenter, non degene-
rare industriam TVAM, neque remittere de laudibili virium contentione, proficiendi ar-
dore doctrinarumque protuturarum studio, alterum nunc annum in disciplina nostra
continuato, et bonam spem de re dudum conceptam singulariter confirmasti et auxili-
tus. Multas animo complexus eruditiois sanctioris partes et adminicula praeter auditio-
nes venerandorum collegarum MICHAELIS, KNAPPII et SEMLERI atque celeb.
LANGI, MEIERI et NICOLAI, apud me nomen tuum professus es inter audiores
scholarum dogmaticarum, hermeneuticarum, antitheticarum, theologiae morali-
tis, et symbolicarum, meisne disputandi exercitiis domesticis interiuisti. Ne-
que alia specimina desiderari possit es, carminum pangendorum sermonumque pro-
rolitis facis habendorum. Plura non addam, quod nimis iam exrexit epifola, sed
scribendi finem faciam, si tribus verbis breuiter re pro consuetudine nostra obelatus
fuerit, ut immortalis DEO haec dona sua in te cumulata vindices et confeeres, haddi aca-
demici quod reliquum est diligenter et aquabiliter decurras, atque ab ipsa operofstate,
quae praestantissimus ingenii insidiatur, immunis rem TVAM recte agas, cursumque
studiorum emenfus utilitati publicae, bonis litteris, tuis mihiq[ue] viuas feliciter. Dedi
Halae ad Salam in acad. Frideric. d. xx. Nou. c. 15 15CC LIII.

Signo.

Signore,

Ecco'l giorno nel quale mio stimatissimo amico racoglierà li frutti della sua erudizione. Jo peccarei contro le obligazioni della nostra tenera amicizia, s'io hoggi volessi tacer, di non dargli un testimonio del mio vero zelo, quale sempre hò tenuto fin dalla nostra connoisenza, per haver ella mostrato segni dignissimi d'un oggetto di rara virtù; Quali veramente si convengono, a chi professa, d'esser citar le sacre lettere, e per dar lume colla sua scienza à tutt' il mondo, e non potendomi esprimere colla penna m' esprimerò con tutto 'l fondo del mio cuore, a cui lo confacco e mi refro.

di V. S.

Berlino, li 11 Novembre 1753.

umilissimo servitore ed amico

F. G. A. DI SELLENTIN.

Monsieur,

Si je laisserois passer ce jour heureux et célèbre sous silence, ce seroit blesser les devoirs d'une vraie amitié. Je prens sincérement part à la gloire, que vous venés receuillir, en donnant une preuve publique de votre application insatigable à l'étude de la Théologie et particulièrement de l'histoire ecclésiastique. Veuille le bon Dieu récompenser bientôt vos veilles, en vous faisant réussir dans tous vos desseins. Ces sont les voeux sincères de celui, qui fera touz jours honneur d'être

Monsieur,

à Halle le 14me Nov. 1753.

Votre tres humble serviteur et ami

FREDERIC GUILLAUME DE BARBY.

Signore,

Hoggi s'apre il tempio dell'onore, ove il mio amico amatissimo farà coronato co'i lauri della sua erudizione. Jo tacerò la sua profondissima capacità, nella scienza delle sacre letture, così nelle altre scienze. Jo farei una cosa, la quale senza di me dijā longo tempo è conosciuta. Imperciocchè nessuna cosa me più grata che 'l trionfar V. S. e godere de' frutti del suo diligentissimo studio, quale ha consumato per maggior vantaggio delle sue infinite lodi. Accetti in tanto, con tutta la sua benevolenza questa mia debole offerta, che mi scriverò d'ester per sempre suo

Hala, li 15 Nov. 1753.

obedientissima e fidelissimo amico,
J. E. F. KRÜGER, della Brizia fida.

Dear



Dear Friend,

Out of the near vnuion, with which hals allied us the common study
as well, as the long and familiar conversation also in the *Cloister*
Bergen, and out of the affection, I have for you, to partake with you
at sweet and sweat, I am not only obliged, to comply with your fa-
vourable invitation, but to confess also publickly the Friendschip,
I bear to you. If I wish't not, that you were praised from one more
praiseworthy, than my self, I won'd praise you too. But, DEAR
FRIEND, I know and esteem your noble gust, of having a greater
consideration for the mure tenderness of your Friends, than when
it is laid forth by open praise. You Know, that you may find the
first with me. In unquiet times, it was either lively or little oppres-
sed for your Sake: because I am not ignorant that our lives troubled
with our present woes, like the stream, when foul with stains of
rushing torrents, works it self clearand refines, sc as it runs. No
in your blessed and glorious Vndertaking I cannot but congratula-
te you. YOUR true Happiness may rise like the East into your soul.
I desire you, DEAR FRIEND, among the many Proofs of Your sincere
Friendship, you'll not refuse me the believing me allways

Dear Friend

At Hall in Saxony
Nov. the 16 thy 1753. JOHN ANDREW HVBNER, OPPON.

Freund,

Von dem die unbelauschten Stunden
Von dem Geräusch der Welt befreyt,
Oft bey ein lehrend Lied verschwunden,
Das keines Kenners Ausspruch scheut.
Du folgst ist einem höhrem Triebe,
Mit dem Dich heilge Tugend zieht,
Du eilst mit ächter Weisheitsliebe,
Zum Siz, vor dem der Irrthum
flieht.

Freund, den die Weisheit Sohnges-
nemmet,
Wie schön, wie edel wählest Du?
Dein Herz, das Tugend nie verkennet,
Sieht still dem Spott der Thoren zu.

Sey stolz. Des Heuchlers hämscher
Tadel
Bleibt uns ein tadelstreyer Ruhm,
Ein jährlich Herz, der Menschheit Adel,
Der Tugend schontes Heilighum.
Entsage niemals dem Gefühle,
Das unser Menschheit würdig bleibt.
Freund, sey gelehrt, und folg dem
Ziele

Zu dem der Warheit Zug Dich treibt.
Sey stark den Irrthum zu bestreiten
Sei zärtlich durch ein fühlbar Lied
Und so ereilst Du Ewigkeiten,
Dach die ein Thor vergebens sieht.

Joh. Christoph Adelung, aus Pommern.

ULB Halle
002 612 259

3





H. vir. 2. num.
12
1753
16

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE
INDOLE, AVCTORITATE, NVMEROQVE
CONCILIORVM
OECVMENICORVM,

QVAM
P R A E S I D E
VIRO SVMME VENERABILI, EXCELLENTISSIMO
AC DOCTISSIMO,

SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN,

S. S. THEOL. DOCT. EIVSDEMQVE PROF. PVBL. ORDIN.
SEMINARII THEOL. DIRECTORE, MENSAR. REG. EPHORO
ET ACAD. SCIENT. REG. BEROLIN. SOCIO,

PATRONO SVO AC PRAECEPTORE

PIETATE MAXIMA AETATEM DEVENERANDO,

ERVDITORVM SVBMITTIT EXAMINI

AVCTOR DEFENDENS

CHRISTIANVS GOTTLIEB LIEBERKÜHN,

POTSDAMIENSIS, S. S. THEOL. CVLT.

DIE XXIII NOVEMBER. A. R. S. CICCI.

HALAE MAGDEBURGICAE,
PRELO IO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

